43.025.

CORNELII NEPOTIS

QUAE VULGO FERUNTUR

VITAE

EXCELLENTIUM IMPERATORUM

AD

OPTIMORUM CODICUM FIDEM EMENDAVIT

ATQUE

INTEGRAM LECTIONUM VARIETATEM

ADJECIT

C. BENECKE, Dr.

BEROLINI, POSNANIAE & BYDGOSTIAE.

TYPIS AC SUMPTIBUS ERNEST. SIGEFR. MITTLERI.

MDCCCXLIII.

VIRO

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

ERNESTO EDUARDO FLOTTWELL

NOBILISSIMI ET SPLENDIDISSIMI ORDINIS AB AQUILA RUBRA
EQUITI CET.

RERUM PUBLICARUM IN PROVINCIA SAXONIA
ADMINISTRANDARUM SUMMO PRAESIDI

S. P. D.

C. BENECKE.

Cum ego has Cornelii Nepotis quae vulgo feruntur vitas excellentium imperatorum mea cura emendatas Tuo Illustrissimo Nomini, Vir Excellentissime, consecrare audeo, non puto deprecandam mihi aut temeritatis aut arrogantiae suspicionem. Nam quemadmodum Tu maximis in rem publicam meritis summam a bonis omnibus inivisti gratiam rerumque gestarum gloria vel maxime flores, ita summe semper optimarum artium studiis deditus fuisti, ut non

solum ipse magnam ex iis peteres delectationem et voluptatem, verum etiam eos qui omnem suam curam atque operam ad ea recolenda conferrent dignos Tuis beneficiis atque omnibus rebus adjuvandos existimares. Praeclarum sane est carum esse civem, bene de re publica mereri, laudari, coli, diligi, praeclarius in re publica summa cum potestate imperioque versari, sic ut omnes qui omnia de re publica praeclara atque egregia sentiunt summo officio et summa observantia in perpetuum devincti teneantur. Non est quod Tua egregie facta ego praedicem; quae Tu in hac provincia gessisti neque ulla unquam improbitas hominum neque temporis oblivio delebit: tanta sunt, ut ex sempiterna annalium populi Borussici memoria nunquam evelli possint. Quanta vero humanitate et liberalitate Tu honestissimum quemque comprehenderis, quam faciles ad Te omnibus praebueris aditus, quantam clemen-

tiam ac mansuetudinem in hominibus audiendis admittendisque ostenderis, quantam aequitatem atque justitiam in rebus cognoscendis decernendisque servaveris, quanta benignitate nullius neque inopiam neque solitudinem neque miseriam a Te excludendam putaveris omnes quibus contigit, ut Tua cognitione digni existimarentur, ita commemorant, ut in summis laudibus unum illud doleant, quod ex Tua propinquitate in perpetuum abrepti esse videantur. In me quoque Tua clarissima et maxima beneficia exstiterunt, quae, quamquam nulla est gratia, quam animus meus capere non possit, tamen vereor ne sustinere non possim. Quodsi ego tot tantisque beneficii vinculis Tibi obstrictus, ut nemini plus debeam, hanc vitarum excellentium imperatorum editionem ad Te mittere ausus sum, tum Te oro atque obsecro, ut hanc etsi non magnam, sed tamen locupletissimam ac certissimam grati animi testem ea qua

semper erga me fuisti benevolentia accipias et pro pignore habeas sempiternae meae erga Te pietatis. Deus autem optimus maximus Te patriae ac Tuis quam diutissime conservet! Vale.

Scripsi Posnaniae a. d. XI. Calendas Novembres. 1842.

Praefatio.

Abhinc decem annis cum ingenti pestilentia orta homines morbo gravi et mortifero afficerentur ejusque vis neque humanis consiliis neque ope divina levaretur atque omnium animi horrore perfusi torperent, ego, ut aliqua ex parte me ab molestiis et angoribus abducerem, sic litteris utendum putavi, non ut animum acriter intenderem, sed ut exiguam communis miseriae peterem oblivionem. Itaque Cornelii Nepotis quae vulgo feruntur vitas excellentium imperatorum in manus sumpsi. Sed quemadmodum homines iis rebus, quibus et natura eos et voluntas et consuetudo assuefecit, adhaerescunt neque facile ab iis divelluntur, ita etiam factum est, ut ego, qui in veterum Latinorum scriptis legendis in eam semper incubuissem curam et cogitationem, ut singula scriptorum verba ad codicum manuscriptorum auctoritatem referrem, in pristinam paullatim studiorum meorum consuetudinem redirem. Eandem igitur viam ingressus, quam potissimum in Tullii Ciceronis orationibus emendandis secutus eram, id maxime egi, ut omni lectionum varietate, quae a prioribus editoribus enotata ex codicibus manuscriptis erat, diligenter collecta et examinata, omni cum cura in-

quirerem, quanta esset singulorum codicum auctoritas atque ita firmissimis ad veram textus restitutionem fundamentis positis verba scriptoris ad pristinam suam integritatem atque nitorem revocarem. Haec quin una sit ratio emendandi veteres scriptores qui dubitet nemo jam erit, qui quantum haec res nobis in Tullii Ciceronis scriptis his paucis annis tulerit fructum intellexerit. Nolo me iis jactare, quae ego hanc secutus rationem in emendandis illius orationibus praestiti: nemini non sunt nota merita Klotzii, Madvigii, Orellii, Wunderi, Zumptii. Utinam homines olim diligentiores fuissent in codicibus manu scriptis conferendis, non tantis profecto etiamnunc inquinata mendis praeclara antiquitatis monumenta jacerent. Sed quae erat illius aetatis consuetudo, tanta erat hominum vel negligentia vel levitas, ut nulla habita ratione, quanta esset singulorum codicum auctoritas, hinc inde arreptis scripturis ea quae iis placebant reciperent, saepissime etiam inania potius conjecturarum ludibria exercere, quam, quae prima pars artis criticae esse debet, ad ipsum fontem omnis emendationis mallent accedere. Illinc orti sunt illi miscellaneorum, verisimilium, observationum, emendationum libri et si quae alia sunt nomina, qui libri pleni sunt conjecturarum, quae si ingenii exercendi caussa factae et in illis libris relictae fuissent, multum sane delectationis haberent ac suavitatis. Sed quo major hominum fuit auctoritas, eo plus eorum tribuebatur conjecturis. Atque adeo illa conjecturarum libido processit, ut non deessent, qui quo facilius ingenii lusum tegerent et conjecturis suis pondus adderent, codices confingerent, quibus confirmatas conjecturas suas postea se vidisse dicerent. Ejus generis homines fuerunt Fulvius Ursinus et Ernstius, qui quem dicit se habuisse

harum vitarum codicem nisi in ipsius cerebro nusquam extitisse persuasissimum mihi est. Quodsi illam ego conjecturarum libidinem reprehendendam putavi et librorum manu scriptorum auctoritatem tanquam verum fontem omnis emendationis laudavi, nolim hoc ita intelligi, quasi ego superstitionem quandam probem ita codicibus adhaerescentem, ut absurdissima quaeque defendat et interpretetur. Legi quae nuper de conjecturis Madvigius, vir doctissimus, in praefatione egregiae editionis librorum Ciceronis de Finibus Bonorum et Malorum exposuit. Equidem eam quoque artis criticae partem, quam vocant conjecturalem, magni facio, sed ita, ut codicum auctoritati in emendandis veterum scriptorum operibus et primas et secundas deferam, tertias crisin conjecturalem tenere debere existimem. Conjecturae enim nonnunquam quaedam necessitas nobis ab ipsis codicibus imponitur et si modo via et ratione illa procedat, nemo profecto erit, qui in invidiam conetur eam adducere neque egregiam artis criticae adjutricem esse fateatur. Verum si nulla premente necessitate et librorum manu scriptorum auctoritate neglecta adhibetur, in vanum ingenii lusum abit suamque dignitatem prorsus amittit.

Sed redeo ad vitas excellentium imperatorum, quae etsi non ita magnum conjecturarum impetum, si Lambinum, Titzeum, paucos alios excipias, expertae sunt, tamen permulti fuerunt loci, qui optimorum librorum auctoritate aut rectius scribi aut omnino melius constitui possent. Si quis forte miratur has vitas, in quibus emendandis tot viri docti elaboraverint, permultis locis etiamnunc indiguisse emendatione, is, si quomodo usi sint superiores editores codicibus suis quantaque fuerit eorum negligentia in arte critica factitanda et quid potissimum

novissimi editores spectaverint cuique usui destinaverint suas editiones consideraverit, illud quod dixi verum esse intelliget ac plurima ad perfectam absolutamque recensionem relicta fuisse concedet. Superiores enim editores quamquam multa emendarunt, tamen, cum ex quibuslibet vel pessimis codicibus quas iis placuit scripturas reciperent, fieri non potuit, quin hae vitae versicolore quodam verborum habitu vestirentur, quem si auctor revivisceret, vix suum esse agnosceret. Novissimi vero editores aut propter superstitionem quandam aut quod maxime usum scholasticum spectabant illam recensionem retinuerunt hic illic quibusdam mutatis, quibus aliquam sibi de grammaticis rebus disserendi facultatem habere viderentur. Criticam partem Bosius absolvisse videbatur: neque Heusingerus neque Bardilius, qui merito in primis harum vitarum sospitatoribus numerantur, extremam manum imponere voluerunt. Staverianae autem operae vix opus est, ut mentionem faciam. Nam cum ille homo propter ingenii tarditatem codices suos negligentissime inspexisset, tum nihil aliud nisi in magna inconditaque annotationum mole se jactabat et ubi rectius aliquid ab Heusingero constitutum vidisset convicia viro doctissimo, οὗ οὐκ ἦν ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, malebat facere, quam ab illo indicata vestigia sequi. De Dachnio non magis opus est ut pluribus dicam. Iis se continuit, quae jam ab aliis emendata videbantur, nec ultra procedere ausus est.

Haec igitur fuit harum vitarum conditio, cum ego primum animum ad eas emendandas appuli. Reliquum est, ut de ratione operae a me in iis positae dicam. Ac primum quidem consilium fuit, cum omnem lectionum varietatem collegissem, addere commentarium, in quo

integra Heusingeri adnotatione aliorumque selecta repetita de singulis locis accurate agerem et quae esset vera scriptura dijudicarem et res earumque fontes Graecorum explicarem. Jamque tertiam fere partem totius operis absolveram, cum ad alia avocari me passus sum, ad Ciceronis orationes emendandas, et ne nunc quidem mihi contigit, ut operi inchoato summum tanquam fastigium imponerem. Itaque ne diutius homines docti accurata et diligenti carerent recensione harum vitarum, hanc sine commentario editionem paravi adjecta tamen varietate lectionum, ut qua singulae emendationes niterentur auctoritate facile posset cognosci. Hanc autem copiam variae scripturae ab aliis adnotatae eo majore diligentia denuo colligendam putavi, quo minus in ea re Fischerus pari studio atque cura versatus esse videbatur. Quae quidem collectio quamvis multum laboris habeat atque molestiae, cum variae lectiones a prioribus editoribus plerumque adnotationibus, quae vocantur exegeticis intermixtae sint, ita tamen necessaria est, ut nisi hac una re aditus verae emendationis aperiri non possit. Antiquarum quidem editionum rationem habendam duxi, non quo magno eas usui esse putarem, sed ne in quorundam hominum incurrerem reprehensiones, qui magnam in illis libris utilitatem inesse existiment. Sed hi libri editione Ultrajectina paucisque aliis exceptis fere omnes, id quod etiam in Tullianis operibus factum videmus, ex deteriorum codicum genere ducti sunt et deinde ita repetiti, ut alia ex aliis ejusdem generis codicibus mutarentur, alia conjectura. Tota igitur res ad codicum auctoritatem referenda esse videbatur.

Omni autem lectionum discrepantia collecta atque examinata id sum assecutus, ut quanta esset singulorum

codicum auctoritas intelligerem quique potissimum in his vitis emendandis sequendi viderentur dijudicare facile possem. Omnes enim harum vitarum quotquot adhuc collati sunt codices non per diversas stirpes ab ipsius auctoris aut proximae aetatis libris originem ducunt, sed, id quod recte jam Heusingerus vidit, ab uno aliquo longe posterioris aetatis codice eoque jam mutilo et corrupto orti sunt. Docent hoc apertissime communes omnium codicum lacunae et ejusmodi menda, quae manifestum est non casu orta esse; deinde minus quidam in apertissimis glossis consensus et nominum maxime propriorum ad inferioris temporis consuetudinem flexiones. Nolo hoc loco acute arguteque disputare, unde jam factum sit, ut hi codices in tria genera discesserint. Dico in tria genera, non in tres familias. Nam exceptis libris Boecleriano, Axeniano, Vossiano secundo omnes codices, quamquam aliquid commune habent, non tamen ex uno eodemque fonte fluxisse existimari possunt. Quamobrem non potest dici tres homines illum primum codicem descripsisse eoque pro súa diligentia ac doctrina usos esse. Nec possunt duo tantum librarii statui, quorum alter diligenter, alter negligenter munus describendi sit exsecutus: ab his duobus codicibus omnes libros manu scriptos originem ducere, atque ex diligenter scripto Guelpherbytanum, Danielianum; Gifanianum, Leidensem primum, ex negligenter scripto deteriores libros ortos esse; inter hos tamen quasi medium tenere Axenianum, Boeclerianum, Vossianum secundum. Illa omnino ratio, quae quidem increbruit, distribuendi codices in familias plus habet lusionis atque nugarum, quam commodi atque utilitatis. Et quis in tanto conjiciendi spatio aliquid pro certo dicere audeat? Satis erit, si omni lectionum va-

rietate diligenter collecta atque examinata scriptoris verba ad optimorum librorum fidem quam emendatissima exhibuerimus; nec, si illud verum est, quod supra dixi, omnes harum vitarum codices ab uno longe inferioris aetatis libro, quem jam vetustas exederit, ortos esse, exspectandi sunt meliores libri manu scripti, ex quibus nova aliqua lux afferri possit. Itaque hanc ego tenendam existimavi rationem, ut optimi quique libri fundamenta essent totius recensionis; ubi hos corruptos esse viderem, alterum genus sequerer; ubi utrique essent vitiosi, ad tertium deteriorum librorum genus descenderem. Nonnunquam enim accidit, ut in his vera scriptura servaretur. In toto autem recensendi negotio id feci, ut omnia ad judicium revocarem. Conjecturam denique admittendam putavi, sicubi nihil quidquam auxilii ex codicibus peti posset, eamque recepi, quae maximam videretur habere probabilitatem.

Omnium autem codicum, quorum numerum et qui eos contulerint Fischerus et Bardilius diligenter exposuerunt, praestantissimi sunt Guelpherbytanus, Danielianus, Gifanianus, Leidensis primus, qui etsi inter se nonnunquam dissentiunt, tamen saepissime in vera scriptura conspirant saepiusque conspirarent, si omnes eadem qua Guelpherbytanus diligentia collati essent. Quamobrem hujus est summa auctoritas et praecipue iis locis, ubi quid in reliquis tribus legatur nescitur, deteriores vero codices consentiunt. Quin etiam eum unum sequendum duxi, si quam praeberet scriptura aut loci sententiae accommodatissima esset aut scriptoris consuetudini vel maxime satisfacere videretur. Hoc potissimum feci in verborum collocatione, ad quam qui codices contulerunt minime attenderunt. Eandem rationem in reliquis tribus

quoque tenui et potissimum in Danieliano, qui ejusdem est auctoritatis, abs quo tamen vitae Phocionis, Timoleontis, Catonis, Attici abfuisse videntur. Difficile est vero judicium in iis locis, in quibus illi codices, praecipue Guelpherbytanus et Danielianus inter se dissentiunt et id quod illi singuli habent et loci sententiae aptum et scriptoris consuetudini consentaneum est. His locis eam scripturam recipiendam duxi, quam plurimi ceterorum codicum adjuverunt. Ubi vero hi aliter scribunt Guelpherbytano et Danieliano inter se ita discrepantibus, ut utraque scriptura apta sit, judicium semper ambiguum erit, uniusne aut Guelpherbytani aut Danieliani auctoritatem sequamur. Eam ego recepi scripturam, quae aut loci sententiae aptior videretur aut exquisitior, quam quae ab librariis profecta existimari posset. Atque in hoc genere etiam post meam curam nonnulla erunt, quae ab aliis emunctioris naris rectius fortasse constitui possint. Ad hos codices proxime accedunt Axenianus, Boeclerianus, Vossianus secundus, ita tamen, ut in secundis consistant. Hi uni sunt, qui certam familiam constituunt atque ex uno eodemque fonte fluxisse videntur; fere ubique inter se consentiunt. Ad has vero vitas emendandas, cum hi codices non solum cum optimis libris manu scriptis saepissime consentiant, sed etiam ubi illi depravati sunt veram nonnunquam scripturam servare videantur, merito magni putantur momenti. Tertium genus continet deteriores codices, in quibus sunt Vossianus A. C., Mendosianus. His adnumerandi sunt etiam Bavarici, Medicei, Oxonienses, Magii, Savaronis, Puteani, aliorum codices, qui adeo negligenter collati sunt, ut plane judicium fieri non possit. Quod vero attinet ad Ernstii codicem jam supra significavi illum homi-

nem mendacem fuisse et quem dicat se habuisse Aureliae ex bibliotheca Johannis Thiballieri emtum nisi in ipsius cerebro nusquam extitisse quovis pignore contendere audeam. Scripturae enim, quas protulit, omnes sunt commenticiae, quas, ut aliquod adminiculum conjecturis suis daret, in libro manu scripto se reperisse mentitur. Atque ut rei fidem faciat, nonnunquam etiam nugatur, velut ad vitam Hannibalis c. 3. §. 1., quem locum dicit in ora sui libri ex alio vetere codice ita legi: *Id Carthaginem delatum nemine contradicente publice comprabatum est*, sed id glossema esse a viro aliquo docto ex Polybio adjectum addit.

Jam vero videamus quid ego praestiterim. Nolo commemorare omnes locos, qui a me rectius quam antehac factum est constituti sunt. Omittam magna ex parte omnes locos, qui non pauci sunt, in quibus meliorem ex optimorum librorum auctoritate constitui verborum ordinem. Adferam eos tantum, in quibus necesse erit aliquid de recepta scriptura dicatur. Hoc autem loco ne viri docti me arrogantiae accusent, illud non praetermittendum videtur, ut moneam praeter editionem Staverii a clarissimo Bardilio repetitam et Fischeri et Heusingeri et Daehnii me nullam aliam inspexisse. Itaque si quid uno alterove loco a me primum correctum dixerim, quod jam ab aliis correctum fuerit, nolim id ita existimari, quasi ego aliorum merita dissimulare aut de laudibus detrahere voluerim. Sint sua praemia laudi. Ego facile in eo acquiescam; si me viri docti veram firmissimis fundamentis jactis viam perfectae absolutaeque emendationis aperuisse judicaverint.

Sed priusquam de singulis locis dicam, de auctore harum vitarum quae sit mea sententia pauca dicenda

videntur, et cur ego eas inscripserim: *Cornelii Nepotis quae vulgo feruntur vitae excellentium imperatorum.* Ego enim in ea sum sententia, ut has vitas, sive Nepos sive alius aliquis eas scripserit, in epitomen ab aliquo redactas esse censeam. Eum tamen aliquem fuisse Aemilium Probum, ut Barthius putavit, merito viri docti negant. Nec magis ego probo Cl. Bardilii sententiam, qui has vitas ab Aemilio Probo segregatas a magno virorum illustrium volumine et ejus manu recensitas atque passim interpolatas novoque ordine dispositas Theodosio imperatori dedicatas esse statuit. Nam ex istis versiculis, qui in fronte nonnullorum codicum reperiuntur, nihil aliud, ut jam Titzius vidit, elici potest, nisi Probum quendam Theodosio obtulisse collectionem aliquam sua, matris avique manu descriptam. Illam collectionem fuisse poëticam, id quod Titzius putat, ego non dixerim. Illis omnino versiculis, qui ego vereor ne nullam cum vitis excellentium imperatorum communionem auctoris habeant, nisi nimium viri docti tribuissent, non tantum a recto judicio de auctore earum aberrassent. Illos versiculos Probus quidam collectionem aliquam Theodosio oblaturus composuit et, quemadmodum juvenes poëtillae solent, sic ille, ne ingenii sui monumentum interiret, vacuo spatio codicis, in quo vitae excellentium imperatorum continebantur, scripsit. Ita factum est, ut illi versiculi, qui longe alio consilio fuerant compositi, in alios codices transferrentur atque his excellentium imperatorum vitis patrem darent, cujus sane eas pudeat atque taedeat. Mirum est, quomodo homines docti illum Probum his vitis auctorem vindicare potuerint, qui si paullulum ad genus dicendi attendissent, eas nisi aevo Tulliano non potuisse conscribi intellexissent. »Est illud

genus dicendi, inquit Lambinus, nativum, purum, elegans, nitidum, non elaboratum, non longe arcessitum, non putidum, non insolens, neque teretibus auribus odiosum, sed plane Romanam simplicitatem et munditiem referens ac redolens, quali fere sermone aut Caesar in commentariis suis utitur, aut M. Tullius in epistolis ad Atticum et in nonnullis ad familiares. At eorum, qui Theodosiorum aetate floruerunt, nemo sic latine locutus est, sed omnes dicendi genus vel longe arcessitum vel impolitum vel tumidum atque inflatum vel ut appellant floridum et fucatum vel adipatum et pingue vel inquinatum et sordidum vel peregrinum et hyposoloecum usurparunt.« Nihil in his vitis eorum reperitur, quae apud posteriores scriptores leguntur. Nullus in iis est usus infinitivi quem vocant historici, nullus usus nominum abstractorum, nominum collectivorum, adjectivorum pro substantivis positorum, nihil omnino artificiosi atque contorti ambitus verborum, qui apud posteriores historicos reperitur. Oratio simplici verborum ordine adjuta quasi ad regulam grammaticam leniter fluit, adeo ut opinionem eorum, qui has vitas jocati sunt ab ludi quodam magistro compositas esse, aliquo modo non rideamus. Ad haec argumenta accedunt ipsius auctoris testimonia, quae Lambinus diligenter collegit. His autem testimoniis convincitur has vitas eo tempore scriptas esse, quo libertas Romana a Caesare in extremum deducta esset discrimen. Denique si ad fontes, ex quibus sunt haustae, spectamus, nullo intelligimus auctorem usum esse scriptore, qui post Caesariana tempora vixerit.

Abeat igitur ille Probus cum versiculis suis neve posthac sibi vindicet honorem, quo indignissimus est. At quem tu putas has vitas excellentium imperatorum

scripsisse? Hoc si ego pro certo dicere vellem, non minus errarem quam qui eas aut Nepotem aut Probum aut Probum epitomatorem scripsisse pro certo affirment. Quis eas scripserit nemo erit qui ex alto silentio veterum scriptorum eruat. Illud certum est Tulliana aetate eas scriptas esse. Ego autem sic existimo: Has vitas aliquem ex uno alterove majore opere in epitomen redactas in suum usum conscripsisse, qui collectionem aliquam sibi vitarum virorum illustrium facere voluerit eumque in ea re ita versatum esse, ut ad arbitrium suum atque consilium scriberet totumque opus conformaret. Ita declaratur quomodo factum sit, ut hae vitae et in veterum ignoratione versarentur et, postquam longo temporum spatio abditae latuerant, sine nomine auctoris et partim breviores partim longiores et sine ullo ordine, quem frustra Titzius restituere studuit, posteritati traderentur. Eas vero in epitomen redactas esse docet totius operis constitutio, abrupta non raro brevitas, particularum quarundam et conjunctivi perfecti in enuntiationibus consecutivis frequens usus. Nec ego dubito, quin si quis linguae Romanae peritus has vitas diligenter unoque tenore perlegerit, futurum sit, ut plerosque locos, quibus auctor aliquid resecuerit, facile investiget. Ex quo vero majore opere auctor has vitas hauserit si quaeramus, non ab omni verisimilitudine abhorret eum etiam Nepotis libris usum esse nec nos impediunt quominus hoc statuamus, multi errores, qui in his vitis reperiuntur, cum ipsum Nepotem Gellius N. A. XV, 28. erroris cujusdam, Plin. H. Nat. III, 22. et V, 1. nimiae credulitatis arguat. Omnino Nepoti veteres non tantam auctoritatem tribuisse videntur, quantam apud nos habet; quo factum est, ut ejus scripta facile in oblivionem venirent. Nam quod

Daehnius putat has vitas propterea quod libertatem magnumque in patriam veteremque rei publicae statum spirarent amorem minus in vulgus prodisse atque ita cum auctoris nomine in oblivionem venisse, hoc ita verum est, ut illam potius caussam futuram fuisse existimem, quamobrem saepius lectitarentur. Ab ceteris autem vitis segreganda videtur vita Attici, quae ut ab optimis duobus codicibus Nepoti tribuitur, ita ego ei tribuendam arbitror. De vita Catonis propter abruptam brevitatem nihil statuo. Mirum est autem quomodo Heldius vitam Attici eidem cum ceteris vitis auctori tribuere potuerit, cum genus dicendi, quanquam quandam habet similitudinem ab eadem magis aetate, quâm ab eodem auctore profectam, tamen ab ceteris vitis longe diversum est. Oratio latitudine quadam laborat et aequabiliter ac sine ulla varietate progrediens omni caret vigore. Ceterarum vitarum auctoris lineamentis nec pigmentorum vis nec flos nec color deest; in Attici vita languidam et fucatam imaginem expressam videmus.

Sed hactenus de auctore harum vitarum. Quod attinet ad orthographiam vulgarem ego ut in re dubia scribendi rationem exprimendam existimavi. Itaque quamvis optimi libri flagitaverint, tamen non scripsi in *Alcib.* III, 5. *quotiens;* non *abicit* in *Hannib.* IX, 3; non *ibid.* c. XI, 5. *conici;* non *deicerentur* in *Alcib.* III, 2. et alia. Nec poëtis usitatam formam *impostum* in *Datam.* XI, 3. recepi. Accusativi tamen pluralis formam in *is* exeuntem ubi ab uno alterove optimorum codicum confirmatam videbam, recipere non dubitavi.

Haec habui quae praecipienda viderentur. Liceat jam ad singulos locos transeamus.

Prologus.

§. 4. *mores eorum etiam secutos.* Sic ex uno Danieliano scripsi; nec talia librarii addunt et particula sententiae vim auget. — *Ibid. ad coenam eat;* de qua scriptura Jac. Frid. Heusingerum ad Fragm. Guelpherbyt. p. 391. ed. Bard. recte judicasse arbitror. — §. 8. pro soloecis particulis *tum* — *tum* ex duobus Vossianis *cum* — *tum* dedi. Sic enim scribi latinitas postulat. V. Drakenb. ad Liv. VI, 23, 3. Stuerenb. ad Cic. pro Arch. c. 12. p. 164. Cum litterae *t* et *c* saepissime confundantur, factum est, ut vel in optimis codicibus *tum* scriberetur, ubi *cum* scribendum fuit. Itaque particulas *cum* — *tum* restitui in *Themist.* II, 3, *Paus.* III, 3. *Cim.* II, 1. *Alc.* VII, 5. *Dion.* IX, 3. *Datam.* III, 4. *Pelop.* I, 1. *Eum.* II, 3. et VIII, 2. His locis omnibus codices fluctuant. Duobus tantum locis in *Iphicr.* III, 2. et *Ages.* I, 1. omnes libri manu scripti in particulis *cum* — *tum* consentire videntur.

Miltiades.

C. I. §. 2. *Namque tum Threces.* Sic quidem optimi libri. Mosche tamen ex Axeniano praetulit *nam;* sed quae vir doctus de particula *nam* disseruit, minime vera sunt. Hac enim particula Latini, certe Nepos, fere uti solent, cum ex iis, quae praecesserunt, continuatur oratio, ita ut ea potius, quae sequuntur, quam quae praecesserunt, spectentur et ea quae praecesserunt quodammodo narrationem adducant, quam scriptor deinceps explicat. Particulam vero *namque* usurpatam invenimus, cum scriptor aliquid, quod ad rem narratam recte intelligendam aut ad rerum temporumque, de quibus exponit, statum explicandum videtur necessarium, addit. Quamobrem hanc particulam videmus usurpatam, ubi scriptor aut rem narratam breviter exponit aut ad eam recte intelligendam aliquid paullo altius repetit atque inserit aut, ut lectorum oculis sedes rerumque quasi theatrum late pateat, in loco aut rerum temporumque statu adumbrando ac depingendo versatur. Ita particula

namque semper ad praecedentia respicit atque ea explicat; *nam* affert atque inducit ea, quae post ea quae praecesserunt dici et enarrari debeant. Jam vero locos, nisi unus alterve se oculis subtraxerit, omnes adferam; deinde videbimus atque illustrabimus, in quibus aut codices fluctuent aut huic meae rationi plane repugnantibus medela sit adhibenda. En ipsa exempla, ubi particula *nam* recte se habet. *Prol.* §. 7. *Milt.* II, 2. III, 4. VIII, 3. *Them.* I, 3. II, 2. V, 1. 3. VIII, 5. IX, 3. *Arist.* I, 5. *Paus.* II, 2. III, 5. IV, 3. *Cim.* I, 1. III, 1. 2. *Lys.* I, 4. III, 3. IV, 1. *Alc.* IV, 3. 6. V, 1. VI, 2. VII, 1. 2. VIII, 1. 6. IX, 2, 6. *Thras.* I, 2. 5. II, 6. III, 3. IV, 2. *Con.* II, 2. IV, 3. V, 1. 2. *Dion.* II, 1. 4. IV, 4. V, 5. VI, 2. X, 1. 2. *Iph.* I, 4. II, 5. III, 4. *Chab.* II, 1. IV, 2. *Timoth.* IV, 1. *Dat.* II, 3. V, 6. *Epam.* III, 5. IV, 2. V, 4. *Pelop.* I, 3. II, 3. III, 1. *Ages.* I, 5. III, 5. V, 4. VI, 2. VII, 2. *Eum.* I, 2. VII, 3. IX, 2. XII, 3. *Phoc.* III, 1. *Timol.* I, 3. 4. III, 5. V, 1. *Regg.* I, 4. II, 2. *Han.* I, 2. *Att.* II, 4. 5. XII, 3. XIII. 1. 2. XXI, 5. Eandem particulam ante vocalem positam habemus. *Paus.* I, 1. III, 5. *Con.* I, 1. 2. *Epam.* II, 1. *Pelop.* V, 1. *Ages.* VIII, 1. *Eum.* VI, 3. X, 2. XI, 5. *Regg.* II, 2. *Han.* II, 1. *Cat.* II, 3. III, 1. *Att.* II, 6. IV, 4. XVII, 3. Rectissime vero codices particulam *namque* habent his locis. *Milt.* I, 2. V, 3. VI. 3. *Them.* VIII, 1. X, 3. *Arist.* II, 3. *Lys.* I, 5. *Alc.* I, 2. II, 3. IX, 3. X, 5. XI, 2. *Con.* I, 1. *Dion.* I, 1. 3. VI, 4. IX, 6. *Iph.* I, 3. III, 2. *Chab.* I, 2. *Dat.* I, 4. II, 1. IV, 2. V, 4. VIII, 3. X, 1. *Epam.* IV, 1. 2. V, 2. 6. VII, 4. X, 2. 3. *Ages.* II, 1. VI, 3. *Eum.* IV, 4. VIII, 2. *Phoc.* II, 3. III, 3. *Timol.* I, 1. V, 2. *Regg.* I, 1. 4. *Han.* IV, 3. V, 2. VII, 5. VIII, 2. *Cat.* I, 3. *Att.* II, 1. XIII. 3. 4. XIV, 2. XXI, 6. Duobus autem locis *namque* invenitur ante consonantem. *Pelop.* IV, 2. *Att.* XVIII, 5; nam in vita *Han.* II, 1. fortasse est corrigendum *nam.* Venio nunc ad eos locos, in quibus est codicum discrepantia. Hi fere sunt *Milt.* VIII, 1. *Cim.* I. 2. *Eum.* I, 5. *Regg.* III, 2. *Han.* XIII, 1. quibus locis ex

melioribus codicibus scribendum est *namque*. At particula *nam* restituenda in vita *Cim.* II, 3. Reliquum est, ut iis locis, quibus ex codicibus nihil quidquam auxilii peti possit, confidenter ac fortiter adhibeamus medicinam, quod eo minore religione videtur faciendum, quo magis quanta sit vel levitas vel negligentia in his minutiis eorum, qui codices contulerunt, inter omnes harum rerum peritos constat. Huc accedit, quod, ut supra demonstravi, omnes codices ab uno aliquo codice originem ducunt. Scribendum est igitur *namque* in vita *Thras.* II, 4. *Pelop.* V, 4. *Eum.* II, 2. VI, 1. *Att.* XXI, 2. Contra restituenda est particula *nam* in vita *Them.* VI, 2. *Paus.* I, 2. *Att.* XIX, 2. *Ham.* II, 1., nisi hoc postremo loco scriptorem versari in rerum temporumque statu adumbrando statuere malueris. Praeterea hoc loco, cujus caussa haec exposui, et in vita *Iphic.* III, 4. pro *Thraces* ex optimis libris *Threces* scripsi, quemadmodum in *Alc.* VII, 4. ex P. Danielis codice et in *Chab.* III, 4. ex eodem libro et Guelpherbytano, quibus utroque loco Gifanii liber accedit, *Threciam* pro *Thraciam* dedi.

C. II. §. 1. *communiit.* Sic optimi libri aliis accedentibus; nec moror grammaticorum nostrorum praeceptum. cf. *Alc.* VII, 4. *Han.* III, 4. — §. 2. meliorem restitui verborum ordinem: *devicisset hostium exercitus;* summa enim vis posita est in verbo *devicisset* et sua vi sequuntur verba *constituit* et *decrevit.* — §. 4. codices optimi *Chersoneso tali modo constituto* habent, utrum fortuitu, an potius sit a manu scriptoris alii judicent. Analogia certe non refragatur, si vocabulum *Isthmus* spectatur.

C. III. §. 4. *id, et facile effici posse.* Sic optimi libri; non tamen *et* pro *etiam* hoc loco dictum est, sed ad praecedentia aliquid distinctius addit: *id effici posse et quidem facile.* Vid. Hand. Tursell. II. p. 479. Nullo omnino loco in his vitis nisi in vita *Att.* VIII, 3. *et* pro *etiam* dicitur. Nam in *Thrasyb.* I, 5. ex optimo Guelpherbytano *sed etiam* pro *sed et* scribendum est. Nam

quod Bremius de usu particularum *sed et* fabulatur falsum est. Vid. ad. Justin. p. 20.

C. IV. §. 2. *Is est ab oppido circiter millia passuum decem.* Haec est Guelpherbytani ac plurimorum codicum scriptura, quam recipere non dubitavi. Eadem codicum auctoritate simplex verbum reposui in *Chab.* III, 4: *tantum se ab invidia putabant futuros.* Ita etiam *Caes. B. C.* I, 16: *pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido millia passuum tria,* ubi Manutius invitis omnibus codicibus *aberat* scripsit. Est tamen aliquod discrimen; qui simplici verbo utitur, situm locorum spectat et distantiam praepositione indicat; qui verbum compositum usurpat, etiam verbo distantiam significat. Quod vero optimi codices *passus* pro *passuum* legunt non sum ausus recipere, quamquam eandem verborum structuram optimi codices praebent in vita *Hannib.* VI, 3. et apud *Cic. ad Fam.* X, 17: *qui locus a Foro Julii quatuor millia passuum abest.* Aliud autem exemplum deest et differunt, quae Drakenb. ad Liv. XLII, 27, 5. habet. Antiquitus fortasse scriptum fuit *P.*, quod imperiti librarii pro *passus* positum putaverint.

C. V. §. 1. *Quo factum est, ut plus quam collegae Miltiades valuerit.* Hoc loco miror neminem criticorum offensum esse. Quomodo enim haec verba cum iis, quae antecedunt, recte conciliari possunt? Equidem profecto non intelligo, quemadmodum, cum manus Atheniensium mirabili flagraret pugnandi cupiditate, eo sit factum, ut Miltiades plus valeret quam collegae. Itaque epitomatorem cum nimium resecuisset ne ipsum quidem arbitror sensisse haec verba antecedentibus nequaquam sic satis respondere. Deinde ego Guelpherbytanum secutus particulam *enim* ante verbum *auctoritatem* delevi. In iis autem quae sequuntur quod vulgo editur magnaeque plerisque editoribus offensioni fuit: *nova arte vi summa,* id nullo videtur libro manu scripto confirmari. Optimi codices legunt aut *nona partis summa* aut *nova partis summa* aut *nana partis summa,* quod vix dubito

quin ex *non apertissuma* corruptum sit. Atque ita legitur in Leidensi secundo et me jam piget illud non recepisse. Saepissime autem superlativi terminatio in *summus* corrupta est; vid. Niebuhr. ad Cic. Fragm. pro Fontej. p. 61. Jam vero illa scriptura recepta omnia inter se egregie conveniunt et quae parenthesi inclusa sunt habent quo referantur. Athenienses acie e regione, quae non admodum aperta erat, instructa (namque arbores multis locis erant rarae) proelium commiserunt hoc secuti consilium, ut et montium tegerentur altitudine (sub montis radicibus) et arborum tractu equitatus impediretur (e regione non apertissima), ne multitudine clauderentur.

C. VI. §. 3. *quia Athenas totamque Graeciam liberarat.* Sic Guelpherbytanus, cui Boeclerianus et Axenianus adstipulantur nec aliud voluit Danielianus, qui *quid* scriptum exhibet. Grammaticorum nostrorum sententia, qui pronomen relativum pro *quia is, quod is* a Latinis usurpatum esse opinantur, quam esset falsa jam demonstravi ad Cic. Oratt. selectt. T. I. p. 83.

C. VII. §. 3. *a classiariis regis.* Sic rectissime Danielianus, Axenianus, Vossianus secundus. Quod vulgo editur *regiis* ut in iis quae sequuntur *(classis regia)* recte dicitur, ita ab hoc loco alienum est.

Themistocles.

C. I. §. 3. *celeriter quae opus erant reperiebat.* Copulam *que* vulgo post *celeriter* adjectam auctoritate Guelpherbytani delevi. Quemadmodum antecedentia *ἀσυνδέτως* dicta sunt, ita haec quoque eodem modo dici sententia postulat.

C. II. §. 4. *bello cognitum est Persico, cum Xerxes etc.* Vix ego potui manus abstinere, quin restituerent scripturam, quam Boeclerianus, Axenianus, Oxoniensis exhibent: *bello cognitum est Persico. Nam cum Xerxes et mari et terra bellum universae inferret Europae, cum tantis copiis venit etc.* Nam si auctor, ut vulgo editur, verbum *venit* omisisset, ex Romanorum

consuetudine dicendi *intulit* pro *inferret* scripsisset, velut in *Con.* I, 2: *fuit etiam extremo Peloponnesio bello praetor, cum apud Aegos flumen copiae Atheniensium a Lysandro sunt devictae;* nisi quis haec verba arctius cum verbo *cognitum est* conjungenda putaverit. Accedit quod particula *nam*, quam omnes codices tuentur, praeter unum Leidensem tale aliquod verbum antiquitus hic lectum fuisse manifesto ostendit, quod quam facile potuerit omitti ipse hic locus docet. Nam cum librarius ad verbum *inferret* respiceret atque cum eo verba: *cum tantis copiis* conjungeret, verbum *venit* ut supervacaneum abjecit. Denique ego omnium codicum auctoritate *ante* pro *antea* scripsi, quod a Lambino profectum mirum est omnes adhuc retinuisse editores. Nam si Latini non dubitabant particulis *antea — post* uti, quid quaeso caussae est quamobrem *ante — postea* rejiciatur? Sic *Plin. H. N.* XXVI, 8, 38: *nec ante nec postea utili.*

C. IV. §. 2. *Cujus flamma perterriti.* Hoc loco etsi optimi ac plurimi libri in scriptura *flamma* consentiunt, tamen novissimi editores omnes Bremii puto potissimum auctoritate permoti scripturam olim vulgatam retinere maluerunt. At eorum librorum, qui *fama* pro *flamma* exhibent, non magna est auctoritas, et si rem ipsam diligentius considerare voluerimus, necesse erit fateamur classiarios incendio late fuso multo magis pertubatos fuisse, quam nuntiis acceptis. Citius enim homines eo perterrentur, quod ipsi vident, quam quod ab aliis audiunt, ubi vel dubitandi locus relinquitur. At, inquiunt, ceteri scriptores nihil dicunt de incendio, sed uno consensu omnes nuntio Graecos territos narrant, quasi auctor non potuerit dicere, quod ad rem ipsam significantius sit atque naturae humanae accommodatius. Ibid. §. 4. *ingratis.* Omnes hoc loco quotquot collati sunt libri habent *ingratis*, praeterquam quod in codice Ernstiano, de quo jure dubitatur, dicitur scribi *ingratiis*, ut mirum sane videri debeat, quod editores omnes eam

receperint scripturam, quae aut levi aut plane nulla librorum auctoritate nitatur. Nam quod Bremius omnes poëtas contendit *gratiis* dixisse eorumque auctoritatem in hac re valere debere, id prorsus falsum esse non solum poëtarum, sed etiam ceterorum scriptorum usus ostendit. Nam praeter comicos ceteri omnes qui hoc verbo usi sunt poëtae duabus syllabis efferebant et prosae orationis scriptores quemadmodum *gratis* adverbialiter usurpabant, ita *ingratis* dicebant. Uno tantum loco apud *Cic. pro Tull.* 5. legitur *ingratiis*. Vid. Oudendorp. ad Appulej. T. I. p. 80. et Cl. Hand. Tursell. T. II. p. 755. et T. III. p. 379. — *Ibid. magis etiam consilio Themistocli.* Sic optimi libri; conf. *Ages.* VIII, 5. *Eum.* IV, 2. Genitivi formam *Themistocli* legimus apud *Cic. de Orat.* II, 74. *Epist. ad Brut.* 15. et ex codice Erlangensi restituit Goerenz. *de Fin.* II, 35, 116.

C. V. §. 1. *ut etiam tum his.* Sic duo optimi libri. Quod vulgo editur *etiam cum his*, id etsi defendi possit, tamen durum est. Saepissime autem particulae *cum* et *tum* confunduntur, ut supra demonstravi ad Prolog. §. 8. Sic simillimo loco in vita *Paus.* III, 5. deteriores codices *etiam cum* pro *etiam tum* scriptum exhibent.

C. VI. §. 2. *praecipuo suo periculo.* Haec est scriptura Guelpherbytani et Axeniani pro vulgata: *praecipuo periculo suo*, quae non solum propter illorum librorum auctoritatem, sed etiam propter ipsam hujus loci rationem rejicienda fuit. Nam si dicitur *praecipuo periculo suo* nulla vis est in pronomine possessivo, quae tamen esse debet. Themistocles autem opponitur ceteris Atheniensibus: praecipuo ejus periculo, non item ceterorum Atheniensium factum est, ut muri Athenarum restituerentur.

C. VII. §. 2. Unius ego libri Axeniani auctoritate in verbis: *falsa esse delata* ejeci pronomen *his*, quod jam nimis diu in editionibus insedit. Nam etiamsi essent vera, quae Bremius aliique viri docti de insolenti apud auctorem harum vitarum usu pronominis *hic* disputarunt,

nihil tamen quidquam ad pronomen illud hoc loco tuendum faciunt allata exempla ex *Them.* VIII, 3. *Han.* VII, 2. IX, 3. X, 5. neque unquam mihi poterit persuaderi Romanos fuisse adeo insulsos, ut in una eademque enuntiatione ad eosdem homines significandos simul pronominibus *is* et *hic* uterentur, inter quae quantum discrimen intercederet jam explicavi ad *Cic. in Catil.* III, 6. p. 245. seq. Ad sententiam autem quod attinet quemadmodum nullo omnino pronomine apparet opus esse, ita nemini hujus rei perito non est notum pronomina saepe ac temere ab librariis adjecta esse. — *Ibid.* §. 4. sine ulla dubitatione correxi *ad magistratus*. Verissima est enim observatio Oudendorpii ad Appulej. Met. VII. p. 497. Graevii ad Just. II, 10, 13. Gronovii ad Liv. XXXIV, 61, 4. verbum *magistratus* singulari numero apud optimos scriptores nunquam significare *consilium publicum* sive *collegium*, sed aut hominem magistratum gerentem aut ipsum munus; ubi de universo collegio sermo sit, Latinos semper uti plurali numero. Eadem medela adhibenda est etiam in vita *Lys.* IV, 3. ubi ex optimo Leidensi primo *apud maximos magistratus* pro *apud maximum magistratum* reponendum est, quemadmodum auctor aliis locis cum optimis scriptoribus loqui solet. — *Ibid.* §. 5. *aliter illos nunquam in patriam essent recepturi.* Hoc loco satis mirari non possum, quod novissimi editores eam repudiarunt scripturam, quam uno consensu omnes libri habent, et Gronovii auctoritatem secuti verbum *essent* abjiciendum existimaverunt. Verum enim vero haec verba non recte dicta videntur pro *esse recepturos* neque ea, quae Heusingerus ad Datam. XI, 1. dixit, quidquam faciunt ad scripturam omnium librorum defendendam. Unus Feldbauschius, cujus tamen vocem nemo exaudire voluit, hoc loco verum vidit, qui nisi fallor in censura editionis Daehnianae *essent recepturi* per attractionem quandam dici contendit, ut conjunctivo antecedenti etiam id, quod infinitivo efferri oportuerit, conjunctivo dictum esset. Simillimum locum vir doctus

attulit ex *Pseudo-Phaedr. Fab.* I, 11, 5: *admonuit simul, ut insueta voce terreret feras, fugientes ipse exciperet* pro *ipsum excepturum*, ubi quomodo Schwabius potuerit opinari ex praecedenti versu particulam *ut* repetendam esse equidem non intelligo. Quodsi in hoc conjunctivi usu notando, qui, quamvis a recta dicendi ratione discedat, tamen sensum nostrum facillime videtur praeterire, diligentiores essemus, plura credo nobis exempla suppeterent.

C. VIII. §. 2. *cum rege Perse.* Non dubitavi *Perse* pro *Persarum* scribere cum propter librorum optimorum auctoritatem, tum propterea quod aliis quoque locis auctor nomen *Perses* adjective usurpasse videtur. Sic in *Alcib.* IX, 5. et in *Chab.* III, 1. optimi ac plurimi libri habent *sine rege Perse* et *regis Persae*, unde vix dubitandi locus relinquitur, quin etiam in *Alcib.* IV, 7. ex duobus deterioribus quidem libris *cum Perse rege* scribendum sit. Quod ne inconsiderate fecisse videar, dico nomen *Perses* Romanos tum maxime usurpasse, ubi magis urgeatur nomen Persarum et hi tanquam communes omnium hostes significentur. Hoc ita esse probant exempla allata, quibus addi possunt *de Regg.* I, 4: *namque illo Perses nemo fuit manu fortior. Cic. Tusc.* I, 42: *cum Perses hostis in colloquio dixisset glorians.* Cf. Quintil. III, 7, 21. — *Ibid.* §. 6. *Hic in navem omnibus ignotis nautis ascendit.* Quod Heusingerus bonos quidem libros secutus *escendit* scripsit pro *ascendit*, vereor ne non recte factum sit. Nam etsi verbum *escendere* in usu fuisse non prorsus negaverim, illud tamen nego, eam hoc verbum habuisse significationem, quam Gronovius aliique ei tribuerint, de qua re subtilissime ac verissime judicavit Leop. Schneider. Gram. Lat. p. 552. Ac primum quidem vocabulum *escensus*, quod lexica ex Livio et Tacito laudant, prorsus nullam ab codicibus auctoritatem habet, verbum *escendere* nullo loco communem omnium librorum consensum. Deinde, cum librarii praepositionem *con* in verbis compositis per compendium ͻ

redderent, factum est, ut illa cum praepositionibus *e* et *a* saepissime confunderetur. Sic in vita *Hannib.* X, 5. plerique codices *effecisset* pro *confecisset* exhibent. Itaque haec qui consideraverit, facile suspicabitur, totum illud verbum librariorum errore ortum esse et iis locis, ubi in nonnullis codicibus verbum *escendere* reperiatur, scriptorem aut *ascendere* aut *conscendere* scripsisse. — *Ibid.* pro *qui sit* ex Ed. Ultrajectina *quis sit* reposui, id quod latinitas postulat. Cf. Kritz. ad Sallust. C. 44, 5. Pro eo, quod continuo sequitur: *At ille* non dubitarem *Atque ille* scribere, si modo unus liber faveret; quamquam auctor harum vitarum in usu particulae *at* nonnumquam ad solam personarum potius distinctionem, quam ad rerum oppositionem spectat.

C. IX. §. 1. *quod aetate proximus de his, qui.* Hunc locum quamobrem ego sic constituerim haec fuit caussa. Ac primum quidem ex libro Danielis, Leidensi primo, Ed. Ultrajectina *quod* scripsi, pro quo alii iique boni libri *qui* habent. Pronomen relativum quamquam non est ineptum, tamen particula caussalis ad hujus loci rationem multo est accommodatior, qua melius efferatur caussa, quamobrem auctor sibi potissimum Thucydidi credendum fuisse dicat. Nam quod grammatici nostri docent pronomen relativum saepissime pro *quod is* dici, hunc esse gravissimum errorem jam supra demonstravi. Deinde auctoritate optimorum librorum, ut Guelpherbytani, Danieliani, Leidensis primi, Axeniani revocavi verba *de his,* quae sicuti librariorum inscitia, qui hujus loci rationem non perspectam habebant, in aliis codicibus depravata, in aliis omissa sunt, ita ab novissimis editoribus miro judicio abjiciuntur. Omittuntur scilicet pronomina demonstrativa saepissime ante pronomen relativum atque in hac quidem pronominis demonstrativi omissione interpretes non raro vel maximam elegantiam sibi videntur invenisse; quasi id, in quo vis aliqua posita sit et quod ad sententiae integritatem non possit deesse, recte possit omitti. Postremo verbum *erat,* quod

in quibusdam editionibus ante *qui* collocatum erat, abjiciendum putavi. Omittunt enim illud verbum Danielianus, Guelpherbytanus, Axenianus, Bavaricus Scioppii, Vossianus tertius. — *Ibid.* §. 2. *hominum Grajorum.* Sic ego primus hunc locum correxi ex Guelpherbytano, quocum duo Vossiani consentiunt. Plane nullum hic locum esse verbo *omnium* apparet nec ipse Thucydides illud habet. Ipsa aut haec loquendi ratio ubi maxime locum habeat demonstravi ad *Cic. de imp. Cn. Pompei.* p. 237. — In iis quae sequuntur pro vulgato *cum* auctoritate optimi Danieliani, quocum Ed. Ultraj. consentit, *quamdiu* dedi, quod graecis verbis ὅσον χρόνον respondet. — *Ibid.* §. 4. *annuum mihi tempus des.* Quis non miretur Bremii auctoritatem tantam fuisse, ut fere omnes editores post illum virum verissimam optimorum librorum scripturam repudiarent eamque reciperent, quae non est dubium, quin ex glossemate orta sit. Plane eodem modo Cic. ad Att. VI, 5. pro Flac. 40, 100.

C. X. §. 1. *quam ii poterant.* Quod ego hoc loco pro *hi* scripsi *ii*, id factum est ex auctoritate libri Guelpherbytani, in quo ubique *hii* scriptum est, quod non est dubium, quin aspiratione ab librario addita pro *ii* accipi debeat. Hoc enim in antiquissimis quibusque libris factum videmus. Nam quod Bremius aliique fabulantur de usu pronominis *hic*, id prorsus falsum est. Illud pronomen cum per se sit demonstrativum apparet nisi aut de re praesenti aut certe de ea quae praesens possit cogitari dici non posse. Illi viri docti si usum hujus pronominis non solum in iis casibus observassent, in quibus semper cum pronomine *is* confunditur, sed etiam in iis, in quibus hoc non facile fit, etiam auctorem harum vitarum omnium omnino Latinorum scriptorum consuetudinem tenere vidissent. Itaque ego in sollemni illorum pronominum permutatione, praesertim cum librarii *hii* et *hiis* pro *ii* et *iis* scriberent, illud tenendum putavi, ut scripturam ad optimorum scriptorum usum re-

ferrem. Quo factum est, ut pluribus locis, in quibus pronomen *hic* edebatur, pronomen *is* restituerim.

Ibid. §. 4. *multis modis.* Hoc loco reposui *multis modis* pro *multimodis,* atque id feci unius libri Leidensis et Ed. Ultrajectinae auctoritate, a quibus liber Axenianus in eo tantum discedit, quod praepositionem *in* additam habet. Alteram vero scripturam *multimodis* qui receperunt, quamquam libris et optimis et plurimis confirmatur, tamen non modo auctoris manum, sed ne priscam quidem poësin restituisse putandi sunt. Nam ne dicam prisco more scribendum fuisse *multi' modis* vel potius *multi modis,* illa tamen antiquorum poëtarum consuetudo dicendi quemadmodum nullo certo exemplo ex scriptore prosae orationis petito confirmatur, ita etiam ab harum vitarum auctoris ratione dicendi plane abhorret. Vid. Cic. Orat. 45, 153. et quae de hac re copiose disseruit Schneider. Gr. Lat. p. 348 seqq.

Pausanias.

C. II. §. 5. *petit ne cui rei pareat ad ea efficienda quae pollicetur. Si perfecerit, etc.* Sic optimorum librorum auctoritate scribere debui; quo tota oratio multo fortior facta est. Nam quod Bremius contendit verbum simplex *fecerit* dictum esse pro verbo composito *perfecerit*, hoc ita verum est, ut nisi ex universa verborum comprehensione illa significatio addatur, verbum simplex pro composito poni nullo pacto possit.

C. III. §. 3. *conveniundi.* Sic duo optimi libri. Eandem verbi formam restitui in *Alc.* IX, 6. V, 1. *Dion.* VI, 5. VIII, 3. *Timol.* I, 4. et *Hannib.* X, 3. ex Ed. Ult. *interficiundum* restituendum fuit.

C. IV. §. 1. *amore Veneria.* Sic duo optimi libri pro vulgato *amore Venereo.* Illa forma summam ubique ab optimis codicibus commendationem habet. Vid. Garaton. ad Cic. pro Cluent. c. 15. Restitui eam etiam Alcib. XI, 5. — *Ibid.* §. 6. *ne enuntiaret nec se meritum de illo optime proderet.* Sic omnes omnino libri, et tamen Zumptius Gr. §. 535. hoc loco *neu* pro *nec* cor-

rigendum putat. Nec magis differentiam atque usum particularum *nec* et *neve* perspexit ad *Cic. in Verr.* III, 6, 14. ubi Latinos docet *neque (nec)* nonnunquam pro *neve (neu)* dixisse. Particula *neve* semper in enuntiationibus disjunctivis ponitur et distinguendi sunt loci, in quibus sententiae cum particula *ut* vel *ne* antecedenti altera per particulam *nec* adjungitur, qua illa amplificatur et explanatur. Sic hoc loco, ubi verba: *nec se proderet* non disjunguntur ab antecedentibus, sed ita adnectuntur, ut illa accuratius definiant et quod cum illis conjunctum sit dicant. Orat enim Pausanias, ne enuntiet, quo se simul proditurus sit. Unum igitur tantummodo orat. Sic quoque in illo loco, in quo Zumptius particulam *neque* pro *neve* positam putat in *Divin. in Caecil.* 16, 52: *suadebit tibi, ut hinc discedas neque mihi verbum ullum respondeas*, hoc est, *et mihi nullum verbum respondeas.* Hinc vereor, ne vir doctissimus non merito laudaverit Heusingerum, quod in *Cic. Off.* I, 26, 91: *cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures nec adulari nos sinamus*, pro *nec*, scripsit *neu.*

C. V. §. 1, *qui eum admoneri cupiebat.* Sic uno Guelpherbytano excepto optimi libri; nec vulgata scriptura praeferenda. Illud tantum ephori interfuit, ut Pausanias imminentis periculi admoneretur, nec ephorum arbitror admodum cupivisse, ut ipse hoc fecisse videretur. — *Ibid.* §. 2. *quo celerius sub divo interiret.* Hanc scripturam, cum optimos ubivis libros sequendos statuissem, recipere debui, nec verisimile est, id quod Bosius opinatur, ex glossemate eam natam esse. Eadem de caussa in sequentibus verbis retinui scripturam *sub divo*, de qua omnium verissime judicat Garatonius ad Cic. in Verr. I, 19. Cf. Torrentium et Oudendorp. ad Sueton. Caes. c. 72. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. ill. c. 68. Oudendorp. ad Appulej. Met. p. 654. — *Ibid.* §. 5. *Delphici responso.* Hoc loco verbum *dei* a Lambino inculcatum ejeci, nec desunt loci apud poëtas qui-

dem, in quibus Apollo simpliciter *Delphicus* appellatur. Non tamen huc traxerim quae alii laudarunt ex Ovid. Met. II, 543. 677. ubi apostrophe epitheton illud emollit, sed ejusdem poëtae *Fast.* III, 855: *Mittitur ad tripodas certa qui sorte reportet Quam sterile terrae Delphicus edat opem.*

Cimon.

C. II. §. 3. *barbarorumque maximam vim uno concursu prostravit.* Haec est optimorum librorum scriptura, quam tamen praeter Titzium nemo recipere voluit, pro contorta scriptura: *barbarorum uno concursu maximam vim prostravit.* Ineptum ἀσύνδετον adjecta particula *que,* quam iidem illi libri habent, sustuli.

C. IV. §. 1. *non solum in bello, sed etiam in pace.* Ex auctoritate Guelpherbytani, cui etiam alii suffragantur, particulam *etiam* inserui, quae plane necessaria est. Cf. *ad Justin* I, 8. p. 20. et p. 51. seq.

Lysander.

C. I. §. 5. *Horum in numero.* Heusingerus ad hunc locum haec adnotavit: »Ax. cod. iis accedit, qui *in numero* habent; nec aliter Ald. et Longol. Sed hujus generis ἐναντιώσεις larga nimis manu suppeditant librarii, ut de suo saepe aliquid depromsisse videantur, quod ipsorum inconstantia arguat.« Nihilominus ego pro *in numerum* putavi scribendum *in numero,* quod sicut est in libris plurimis iisque optimis, ita ab librariis profectum videri nullo modo potest. Haec enim scriptura est multo vulgata exquisitior adeoque a vulgari dicendi ratione discedit, ut, quam ne nostri quidem homines perspectam habuisse videntur, eam perspexisse librarii existimari non possint. Isti sane homines pro suo ingenio scripsissent *horum in numerum,* quod mirum est omnes novissimos editores retinuisse. Quod vero attinet ad verborum structuram, in qua explicanda Staverius alia omnia miscet, hoc tenendum est, verba *in numero* non ita cohaerere cum verbo *admittebatur,* ut numerus indicetur, in quem quis admittatur, sed verbum *admittebatur*

absolutum esse dictum et illis verbis significari numerum, qui fuerit et in quo nulla sit facta admissio, nisi qui etc. Plane similem locum a criticis pariter atque a librariis tentatum jam alio loco defendi. Extat ille locus ap. *Cic. pro Rosc. Am.* 32, 89: *Verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege annumeror,* de quo ipsi illi summi viri, Lambin. ad Cic. Brut. 19, 75. Heinsius ad Ovid. Heroid. XVI, 328. Oudendorp. ad Suet. Oct. c. 70. alii dubitaverunt, nec abstinere potuerunt, quin librariorum correctionem *in gregem* reponerent. Vide, quae ego de hac re uberius explicavi ad *Justin.* XXXIX, 2. p. 448.

C. II. §. 2. *perinde ac si.* Cum ubicunque particulae *perinde* et *proinde* leguntur summa librorum sit inconstantia, arbitrio hominum doctorum subjectum est, utrum singulis locis conveniat. Et cum Lambinus particulam *perinde* ubique tollendam putavit, alii fuerunt, qui *proinde* prorsus rejicerent. Alii, ut Herzog. ad Caes. B. Civ. III. 1. et 60. et Zumpt. ad Cic. Verr. I, 38, 98. nescio quid discriminis inter utramque particulam in hac verborum junctura intercedere opinati sunt. Novissimi vero critici in eo acquieverunt, ut utramque particulam recte dici posse statuerent. At vero cum particula *proinde* propriam habeat vim conclusionis cum quadam exhortatione, id quod bene sensit Heindorfius ad Cic. Nat. D. II, 38, 96., qui recte graecum illud πρὸς ταῦτα comparavit, eam apparet ab usu comparativo prorsus abhorrere, cui contra *perinde* vel maxime accommodatum est. Nec quidquam faciunt ad tuendam particulam *proinde* loci poëtarum, ad quos provocavit Ruhnkenius ad Rutil. I, 8, 31. in quibus illa tanquam disyllaba usurpetur, cum hoc etiam in particula *perinde* per syncopen, id quod Heindorfius statuit, aut potius per apocopen fieri potuerit. Ex codicibus nihil certi potest erui, qui, cum praepositiones *per* et *pro* propter compendium, quo scribebantur, ubique confundantur, ut aliis locis, ita in his vitis quam maxime fluctuant. Ac primum quidem hoc loco,

cujus caussa haec disserui, liber Axenianus omnesque ante Lambinum editi videntur habere *perinde;* unus Guelpherbytanus dicitur legere *proinde;* qui tamen in *Alcib.* VI, 1. cum Axeniano et antiquis editionibus in scriptura *perinde* conspirat, ubi liber P. Danielis et Leidensis 2. *proinde* legunt. Tertio denique loco in *Alcib.* VI, 4. nihil ex codicibus enotatum inveni; editi vero libri ante Lambinum omnes videntur habere *perinde.* Itaque ego omnibus locis, quibus illae particulae in sententia comparativa leguntur, scripturam *perinde* praeferendam esse arbitror.

C. IV. §. 2. Hunc locum ab librariorum interpolationibus liberavi et scripsi: *grandem verbis multis — in quibus — dum signatur,* pro *gravem multis verbis — in quo — dum obsignatur.* Deinde ex optimo Leidensi primo *apud maximos magistratus* scripsi pro *apud maximum magistratum.* Hanc ipsam correctionem confirmant verba, quae sequuntur. Cf. quae dixi ad *Them.* VII, 4.

Alcibiades.

C. I. §. 3. *temporibus callidissime serviens.* Optimorum librorum auctoritate *serviens* pro *inserviens* scripsi. — *Ibid.* §. 4. omnium fortasse librorum scripturam *esse* restitui pro *inesse,* quod primus videtur Lambinus edidisse.

C. II. §. 1. Hoc loco primum auctori familiarem genitivi formam *Pericli* reddidi. Deinde pro *tribuerat* scripsi *tribueret.* In iis autem, quae antecedunt, omnium codicum scripturam *reminisci* retinui, pro quo Heusingerus et alii *eminisci* scribendum censuerunt. Eodem significatu verbum *reminisci* legitur apud *Appulej. Apol.* p. 514. ed. Oud.: *Finge quidvis, reminiscere, excogita, quod possit magicum videri* et p. 601: *Saltem fingite aliquid, reminiscimini, quod respondeatis.*

C. IV. §. 1. *quo si exisset, absentem aggrederentur.* Haec est scriptura Leidensis primi, in qua ceteri libri melioris notae ita consentiunt, ut particulam *ut* ante

absentem ex glossa addant. Vulgata scriptura ab Lambino profecta est.

C. VIII. §. 1. Hoc loco prope neglectam plurimorum codicum recepi scripturam: *ut eum terra depelleret, quo facto necessario aut classe conflicturum aut bellum compositurum*, quam quidem scripturam non est verisimile, ut librarii invexerint.

C. X. §. 1. *Hoc cum moliretur.* Sic necessario scribendum fuit pro vulgato: *Haec cum moliretur.* Deinde §. 2. optimorum librorum auctoritate verba: *irrita futura* ejeci. In quantum librarii hunc locum interpolaverint, antiquae editiones satis declarant. Rectius tamen fortasse fuisset, si ante *renuntiavit* inseruissem *societatem*, quam quidem vocem omnes codices habere dicuntur, et in sequentibus *esset* pro *essent* scripsissem.

Thrasybulus.

C. 1. §. 5. *sed etiam solus.* Sic optimus Guelpherbytanus pro *sed et.* Vid. ad *Milt.* III, 4.

C. II. §. 5. *oppugnare sunt adorti.* Hoc loco facere non possum, quin verbum, quod in lexica receptum et a viris doctissimis unice probatum est, tanquam barbarum removeam. Hoc enim loco etsi omnes libri manu scripti habent *sunt adorti*, tamen Staverius Drakenborchium et Oudendorpium secutus scripsit *sunt adorsi.* At ego contendo verbum *adordiri* nunquam apud Romanos in usu fuisse. Nam ut notio simplicis verbi *ordior* non patitur cum praepositione *ad* componi, ita nullus locus invenitur in quo illud verbum praeter participium *adorsus* aliquam commendationem a libris manuscriptis habeat. De uno loco apud *Gell. N. A.* IX, 2: *qui Hippiam tyrannum interficere adorsi erant*, judicare mihi non licet, cum apparatus criticus mihi desit. Ubi vero participium legitur, plerumque optimi codices *adortus* exhibent, aliis locis hoc unum omnes libri habent, ita ut nullus locus relinquatur, in quo illud participium codicum auctoritate confirmari possis dicere. Itaque nemo jam erit, qui patrocinium illius verbi suscipiat.

Conon.

C. II. §. 2. *satrapem Joniae.* Sic Gutelpherbytanus et Axenianus, quibus Ed. Ultraj. accedit. Cfr. Lysand. IV, 1. Numero plurali tamen dicitur *satrapae.* Cfr. *Ages.* II; 2. Eodem modo C. III, 2. *Tithraustem* scripsi pro *Tithrausten;* nec recepi *Themist.* IX, 1. *Themistoclen* pro *Themistoclem.* De hac re copiose disputavi ad *Justin.* II, 10. p. 50. seq.

C. III. §. 3. Hoc loco fere omnium codicum auctoritate προσκύνησιν pro vulgato προσκυνεῖν recepi, quod nescio quamobrem editores illi vocabulo praeferendum putaverint. Deinde §. 4. dedi: *quae huic volebat,* quod multo exquisitius est vulgato: *quae volebat, huic.*

Dion.

C. III. §. 2. *quam tyrannis.* Hanc omnium codicum scripturam recte jam a Loccenio explicatam restitui, cum quod vulgo editur *tyrannidi* nulla librorum manu scriptorum auctoritate nitatur.

C. VIII. §. 3. *dissidentis suos sensus.* Nescio cur editores hanc optimorum codicum scripturam rejecerint eamque receperint, quae multo minus apta est. Deinde *conjuratione* pro *conjurationem* scripsi, quod miror Bremium nihili ducere potuisse. — §. 5. editores quidem verba *ab incepto* a Lambino inculcata ejecerunt, sed verbum *est,* quod optimi codices ante *deterritus* habent, immerito neglexerunt.

C. IX. §. 1. *conscii facinoris.* Verbum *facinoris* optimis libris confirmatum editores sine idonea caussa tanquam glossema abjecerunt. — §. 2. Hoc loco quod ego scripturam Danieliani et editionis Ultraj. *qua fugeret* non receperim, vereor ne non recte fecerim. Neque enim in nave Callicrates salutem quaerebat, sed paratam eam habebat, qua fugeret ad salutem. Eosdem tamen libros secutus §. 6. *propria* pro *propitia* scripsi.

Iphicrates.

C. I. §. 3. *Namque ille pedestria arma mutavit. Cum etc.* Cum hic locus vulgo male interpungeretur, eam dedi interpunctionem, quae unice accommodata est.

C. II. §. 3. Hoc loco quod vulgo editur *intercepit* id nisi in deterioribus libris non invenitur; optimi quique codices *interfecit* exhibent. — §. 5. *retardavit inceptus.* Haec est optimorum librorum scriptura, quae cum non sit verisimile, ut a librariis originem ducat, tum, quidquid Heusingerus obloquitur, rei vel maxime accomodata est.

C. III. §. 4. *Threcem me genuit.* Codices addunt *vel creavit,* et hoc editores receperunt. Utrum sit glossema incertum est. Ego *genuit* recepi, quod habet Ed. Ultraj. et in codicibus primum ponitur.

Chabrias.

C. I. §. 2. *Namque in eo victoria fidente summo duce Agesilao.* Retinui quidem Lambinianam hujus loci emendationem, sed eam esse veram non dixerim. Ac primum quidem omnes quotquot collati sunt codices legunt *fidentem summum ducem Agesilaum.* Deinde totus hujus periodi tenor flagitat, ut illa verba, quae tanquam secundaria efferuntur, in enuntiatione primaria ponantur, nec satis placent duo ablativi absoluti altero alterius sententiam explicante. Hinc necesse est suspicio nascatur, verbum aliquod vel post verba *in eo,* vel post *catervis* excidisse, a quo ille accusativus *fidentem summum ducem Agesilaum* fuerit suspensus.

C. III. §. 4. Ex auctoritate optimorum librorum pro vulgato *recessissent* scripsi *recesserint.* Conjunctivus plusquamperfecti quemadmodum pertinet ad animum illorum principum, ita conjunctivus perfecti ab cogitatione scriptoris suspensus est. Deinde eosdem libros secutus scripsi: *Timotheus Lesbo, Chares Sigeo* pro eo quod vulgo est in editionibus: *Timotheus Lesbi, Chares in Sigeo.* Scio quidem hunc ablativi usum vel maxime apud scriptores posterioris aetatis inveniri, tamen non

desunt exempla ex optimis scriptoribus petita. Vid. Arntzen. ad Aurel. Vict. Ep. c. 37. Muncker. ad Hygin. Fab. CCXLVII. Oudendorp. ad Caes. B. G. VII, 32. et quae ego adnotavi ad Justin. II, 13, 5.

Timotheus.

C. II. §. 3. *ante id tempus.* Sic omnes codices, et multo rectius Heusingerus judicavit, quam Bremius et Bardilius, qui Lambini emendationem *ante hoc tempus* recipiendam duxerunt.

C. III. §. 4. Hoc loco plura sunt, quae a me rectius quam vulgo editur constituta sunt. Ac primum optimorum librorum auctoritate scripsi: *ut in sua manu esset fortuna.* Sic enim loquuntur Latini; vid. Heusing. Deinde *eo* dedi pro *eodem*, et *recipit* pro *recepit;* in qua re librarii saepe lapsi sunt. Ita etiam in *Datam.* IV, 5. pro *sese dedit* optimi libri *sese dedidit* habent. In iis autem quae §. 5. sequuntur optimi libri sic legunt: *Populus acer, suspicax ob eamque rem mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae in crimen vocabantur* (Gu.: *vocabatur) domum revocat.* Voss. B. omittit verba: *ob eam rem in crimen vocabantur.* Hinc ego codicum auctoritatem secutus totum hunc locum sic constituendum existimavi; *Populus acer, suspicax ob eamque rem mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae, domum revocat,* abjectis tamen verbis: *in crimen vocabantur,* quae primo explicandi caussa apposita deinceps in textum inlata esse videntur.

C. IV. §. 3. In verbis: *patriae sanctiora jura* delevi particulam *que* verbo *patriae* vulgo adjunctam, qua deleta quantum loci sententia adjuvetur quivis intelligit. Ceterum verba: *Venio nunc — non poterunt* optimorum librorum auctoritate vitae Timothei adjunxi.

Datames.

C. I. §. 2. *multis millibus regiorum interfectis.* Hoc loco verbum *regiorum* ex auctoritate optimi Danie-

liani a me non plane ejectum esse me jam poenitet. Est illud ineptum. Vid. Gebhard.

C. III. §. 3. *Quem cum omnes conspicerent.* Sic ego duorum optimorum codicum auctoritate scripsi; rectius fortasse tamen *adspicerent*, quod codices Boecleri, Axenii, Leidensis habent. Nam quod Bremius de verbo *prospicerent*, quod vulgo editur, enarrat, prorsus falsum est et illud verbum hoc loco propter adjecta verba: *propter novitatem etc.* ineptum.

C. V. §. 2. *quod illum unum etc.* Pro vulgata *qui* scripsi *quod*, atque ita longe melius caussa effertur, cur aulicorum Datames invidiam exceperit. Vid. ad *Milt.* VI, 3.

C. VI. Hoc in capite plura ab superioribus editoribus relicta fuerunt corrigenda. Scripsi igitur *de male re gesta* pro *de re male gesta*; pro *hisque locis* dedi *iisque locis*; post verba: *quo minus* adjeci pronomen *ipse*, quod ipsa oppositio efflagitat. — §. 4. meliorem verborum ordinem restitui: *par non esse* pro vulgato *non par esse.* — §. 5. Hoc loco editores adhuc retinent correctionem Lambinianam *tantum quod*, quod ut insolenter dictum est, ita nulla codicum auctoritate nititur. Mendacem enim Ernstium nihil moror. Ego abjecta particula *tantum* scripsi *dum*, quod optimi ac plurimi libri tuentur. Sic quoque *Liv.* XXXII, 24, 5: *et dum in unam partem oculos animosque hostium certamen averterat, pluribus locis scalis capitur murus armatique in urbem transcenderunt.*

C. VIII. §. 2. delevi optimorum librorum auctoritate verbum *millia*, quod editiones vulgatae post *conductorum tria* habent. — §. 5. Mirum est editores retinuisse scripturam: *ad pacem amicitiamque hortatus est*, cum tamen optimi libri praepositionem omittant. Cfr. Cic. ad Att. VII, 14. et Burmann. ad Ovid. Heroid. XIX, 187. Gronov. ad Senec. Ep. 121.

C. IX. §. 2. scripsi: *cum ei nuntiatum esset*, et deinde

detulerunt pro *detulerant*, quod imperiti librarii mutarunt, qui scriptorem e suo loco haec addere non intelligerent. — §. 3. adjeci praepositionem paene necessariam in verbis: *in quo itinere etc.* — §. 5. non impedivit me allitteratio, quominus Guelpherbytani aliorumque codicum auctoritate adductus reponerem *confixi conciderunt* pro *confixi ceciderunt*. Etiam in *Pelop.* V, 4. nonnullae editiones veteres *ceciderunt* legunt, ubi codices *conciderunt* exhibent.

C. XI. §. 2. Hoc loco primum pro *maximam* scripsi *maxime;* deinde *colloquii* pro *colloquendi*. — §. 5. pro vulgato *conspiceret* Guelpherbytanum secutus reposui *respiceret;* hoc enim verbum postulant ea, quae continuo sequuntur.

Epaminondas.

C. I. §. 1. Hoc loco unius Guelpherbytani auctoritatem secutus pro *scribamus* edidi *scribimus*, quod verisimile est ab iis immutatum esse, qui particulam *priusquam* cum indicativo conjungi non posse putarent; quae quidem opinio quam esset falsa jam demonstravi ad Cic. Oratt. selectt. T. I. p. 90. seqq. Ad illum locum quemadmodum de structura particularum *antequam* et *priusquam* disserendum putavi, ita docui in hac vita *Epam.* c. II. §. 2. *antecessit* pro *antecesserit* legendum esse, et in *Eum.* c. IV. §. 2. *relinqueret* pro *reliquerit*.

C. III. §. 2. in verbis: *in primisque commissa celans* particulam *qui* ejeci. In iis autem quae §. 4. sequuntur optimorum librorum auctoritate *caruerit* scripsi, quem conjunctivum Gebhardus non recte intellexit. Haec scilicet verba cum antecedentibus cohaerent. — §. 5. post verbum *nubilis* inserui pronomen *quae*, quam quidem librorum scripturam jam Heusingerus vulgatae a Lambino profectae praeferendam duxit. Deinde restitui *consilium* pro *concilium*, quod Bremius miro judicio tuetur, et Lambinianum *cujusque* delevi.

C. 4. §. 1. *Artaxerxis regis.* Adjeci verbum *regis,* quod facile excidere poterat. — §. 3. *Tu quod me etc.* Hanc optimorum librorum scripturam Heusingerus jam restituit; sed ex iisdem libris scribendum fuit: *Et tu Micythe.* In iis autem quae sequuntur §. 4. dedi *exiret,* quod quamobrem Bardilius rejiciendum putaverit ego non intelligo; neque enim a librariis profectum existimari potest. Eadem autem de caussa optimorum duorum codicum auctoritate debebam recipere *attulerat,* de qua negligentia jam me ipse accuso.

C. VI. §. 2. *Thebis Oedipum natum, qui cum patrem suum interfecisset, ex matre liberos procreasse: huic in respondendo etc.* Haec est optimorum librorum scriptura, quam tamen editores, cum grammaticam rationem non perspicerent, repudiarunt eamque receperunt, quae satis perspicua interpolatoris prodit vestigia. Est enim quaedam attractio, quam egregie defendit Garatonius ad *Cic. pro Planc.* 38, 93: *stare enim omnes debemus tanquam in orbe aliquo rei publicae, qui quoniam versatur eam deligere partem.* Laudavit vir doctissimus *Cic. Act. I. in Verr.* 9, 25: *Siculos sane in eo liberos fuisse, qui quamobrem arcesserentur cum intelligerent non venisse.* In Verr. IV, 58, 131: *Etenim ille requisisse dicitur etiam Archimedem illum summo ingenio hominem ac disciplina, quem cum audisset interfectum permoleste tulisse.*

C. VII. §. 1. *eo esset deducta res.* Obtemperandum putavi Titzio, qui sic locum correxit; nec aliter Latini loquuntur. — §. 4. ejeci Lambini *inscientiam* et reposui *inscitiamque,* quod Guelpherbytanus, Axenianus omnesque ante Lambinum editiones habent atque loci sententia postulat. Quid inter utrumque verbum interesset satis jam docui ad *Justin.* IV, 5. p. 81. seq.

C. VIII. §. 4. *Messene restituta.* Haec est optimorum codicum scriptura, quam tamen editores Bosii auctoritate territi repudiaverunt.

Pelopidas.

C. II. §. 1. *quem ex proximo locum fors obtulisset.* Sic ego hunc locum correxi secutus Madvigium, qui in Excurs. ad Cic. Fin. p. 846. seqq. pronomen *quisque* rectissime negat pro *quicunque* poni apud Ciceronem aut alios ejusdem aetatis scriptores. Idem sensit Lambinus, qui *quemcumque* emendavit, quod, quamquam alius locus praeter ipsas Athenas cogitari non potest, tamen multo rectius videtur esse cum propter hujus loci rationem, tum propterea quod vulgatam scripturam *quemque* verisimilius est ortam esse ex *quemcumque*, quam particulam *que* adjectam esse a librariis. In eo autem Madvigius me adsentientem habet, quod vocabulum *locus* pro occasione hoc loco dici posse negat. — §. 3. *percussa est Lacedaemoniorum potentia.* Haec est omnium librorum scriptura, et tamen editores Bosium secuti *perculsa* scripserunt. Nec audiendum est quod Bremius de discrimine horum verborum narrat. *Percutere* dicuntur res, quae feriunt et quasi quandam vim acutam habent translatione sumpta ab vulnere corporis. Recte ergo dicitur hoc loco *percussa Lacedaemoniorum potentia.* Contra *percellere* significat in terram dare, sternere, prosternere; atque ita in sequentibus: *imperii majestas perculsa concidit;* et translate dicitur de animo perturbato atque afflicto. Vide omnino Burmann. ad Ovid. Met. IV, 138. His expositis apparet rectissime dici in *Eum.* V, 1: *Hac ille plaga perculsus non succubuit,* ubi contra codicum consensum *percussa* in editiones receptum est. Cf. Cic. Tusc. III, 29, 72.

C. III. §. 1. Recte quidem editores dederunt *proposita;* sed etiam pro *devenisse* debebant scribere *venire.*

C. V. §. 4. *procul que digressus.* Hanc scripturam quotquot collati sunt codices omnes tuentur, qua repudiata editores Lambini receperunt correctionem *degressus,* quae ab latinitate prorsus abhorret nec usquam

Romani dixerunt *degradi ab aliquo*. Quid inter utrumque verbum interesset jam indicavit Drakenb. ad Liv. IV, 17. Cf. Duker. ad Flor. III, 16, 6.

Agesilaus.

C. II. §. 4. Meliorum codicum auctoritate scripsi *exercitus* pro *exercitum*, ad quod tuendum quam attulit caussam Bosius, ea plane nulla est. — §. 5. Quamquam optimi libri habent *conciliare*, tamen editores receperunt scripturam *conciliari*, quae fere nulla nititur auctoritate; nec ego video, quamobrem hanc scripturam ea quae sequuntur poscant, cum e contrario optimorum codicum scriptura *conciliare* loci rationi vel maxime conveniat et antecedenti verbo *confirmare* respondeat.

C. VIII. §. 1. Ego haec verba: *fingendo. Nam et statura fuit humili et corpore exiguo et claudus altero pede* tanquam insiticia uncis inclusi. Ea ex additamento margini adscripto consarcinata atque in textum inlata esse manifesto codicum discrepantia docet. — §. 4. *praeter vitulinam et ejusmodi genera opsonii*. Sic optimus Guelpherbytanus, cui in pronomine *ejusmodi* etiam alii codices accedunt.

Eumenes.

C. II. §. 1. *regnum ei commisisse*. Sic habent Guelpherbytanus et Axenianus; in aliis codicibus reperitur: *commisisse vel commendasse*; alterutrum glossema esse apparet; ego auctorem arbitror scripsisse: *commisisse*. — §. 3. Hoc loco illud recepi quod omnes codices atque editiones exhibent, *praedestinaverat*; vulgata scriptura Lambinum auctorem habet.

C. IV. §. 1. Omnes codices atque editiones tuentur scripturam: *esset oppugnatum* quam mirum est editores repudiasse et Lambinianam recepisse correctionem: *esset pugnatum*. Etiam ab librariis illud verbum oblitteratum est. Vide ad Cic. Oratt. sell. T. I. p. 30. — §. 2. Quam-

obrem scripturam *relinqueret*, quam praebet Guelpherbytanus et Edit. Ultraj., receperim jam dixi ad Epam. I, 1.

C. V. §. 7. *Tenuit autem se uno loco etc.* Sic ego hunc locum in magna codicum discrepantia constituendum existimavi nec dubito quin quam recepi verissima sit scriptura. Vulgatam patet scripturam maxima ex parte interpolatam esse. Nam cum scriptura *sub divo* corrupta esset in *subsidia*, fieri non potuit, quin *castra* mutaretur in *castrum* et, ut omnia melius cohaererent, particulae *sed* atque *et*, quae fere nulla codicum auctoritate nituntur, insererentur.

C. VII. §. 3. *quod et fecit.* Egregia est Heusingeri ad hunc locum adnotatio, qua planissime explicavit legendum esse: *quod effecit*; et me jam poenitet hoc non recepisse. Verbum *facere* poni pro *efficere* nullo alio loco confirmari potest et quae viri docti ad vulgatam scripturam tuendam attulerunt ab hoc loco prorsus aliena sunt. Saepissime vero librarii pro syllaba *ec* particulam *et* posuerunt. Vid. Wunder. ad Cic. pr. Planc. p. 183 seq. Cfr. Drakenb. ad Liv. I, 37, 2. XXVIII, 19, 6. V, 36, 5. XXXVIII, 49, 4.

C. XII. §. 1. *Hic cum omnes primo etc.* Sic Guelpherbytanus, alii. Vulgatam scripturam, quam frustra editores ex graecismo defendunt, ortam esse ex glossemate, quo quis adjectivum *omnes* restringendum putaverit, satis ostendunt veteres editiones, in quibus particula *vel* relicta est. Neque recte fecit Bardilius, qui ex duobus codicibus *hoc* pro *hic* substituit. Recepta autem scriptura optimi libri Guelpherbytani jam apparet prius *hic* paullo infra verbis: *hic cognita etc.* resumi, et continuo etiam tollitur Bremii dubitatio, unde apodosis incipiat.

Phocion.

C. II. §. 2. Hoc loco ejeci conjunctionem *quod*, quae in vulgatis editionibus ante verba: *cum Demade* legitur, nec illa necessaria est.

C. III. § 1. *Macedonum patrociniis utebatur.* Hanc optimorum ac plurimorum librorum scripturam nescio cur editores spreverint; nec magis video quomodo potuerint ferre: *huc eodem.* Quis unquam Latinorum ita dixerit! Optima editio Ultrajectina molestum illud *huc* omittit.

Timoleon.

C. I. § 1. *Namque huic uni contigit, quod nescio an ulli.* Sic hunc locum quotquot collati sunt libri scriptum exhibent. At viri docti Nepotem negant ita dixisse et hanc dicendi rationem ad posterioris aetatis scriptores rejiciunt. Quamobrem nonnulli editores Lambinum secuti *nulli* pro *ulli* scripserunt ejusque emendationis Bremius acerrimus vindex exstitit, qui, ut totum negotium conficeret, auctoritatem librariorum, qui pro sua inscitia *nullus* in *ullus* mutassent, in hac re nihil valere posse contendit. Alii, ut Ernestius ad Cic. ad Att. IV, 3. litteram *n* a finali in *an* absorptam esse statuerunt. Qui vero, ut Ochsnerus ad Cic. Elog. p. 191. Klotzius ad Cic. Lael. p. 123. Gernhardus ad Cic. Cat. Exc. p. 259. alii, etiam verba *quisquam, ullus, unquam* poni posse concedunt, hi inter varias sententias fluctuant, nec, cum non satis considerarent quomodo illa verba, ab *nemo, nullus, numquam* differrent iisque negativam quandam significationem adhaerescere statuerent, quam quidem sententiam egregie refellit Cl. Hand. Tursell. I. p. 326., neque singulorum scriptorum usum discernerent, potuit fieri, quin a vero longissime aberrarent. Magis etiam rem turbaverunt, qui in verbo *nescire* dubitandi rationem inesse dixerunt. Ac primum quidem apparet, verba *quisquam, ullus, unquam* negativis *nemo, nullus, nunquam* contraria esse atque affirmativa; deinde eum, qui dicat: *nescio*, intelligitur negare se rem scire, neque vim dubitandi ex particula *an* assumi potest statui, quippe qua quod dicam nescire tantummodo per interrogationem

exprimatur. His igitur expositis utrumque patet rectissime posse dici et *nescio an ullus* et *nescio an nullus*. Jam vero si ad dicendi consuetudinem singulorum scriptorum spectamus, qua usi sunt formula *nescio an*, in Ciceronis libris fere constat illam esse verecunde et modeste affirmantis, apud alios vero et maxime posteriores scriptores etiam modeste negantis. Ex quo consequitur, ut quemadmodum in Ciceronis libris verba negativa *nullus, nemo, nunquam* in illa formula probantur, ita in aliorum scriptis affirmativa *ullus, quisquam, unquam* improbari non debeant.

C. III. §. 1. *deinde Corintho arcessivit colonos.* Hoc loco pro *deinde* debebam reponere *dein*, quod Guelpherbytanus, Vossianus primus et Ed. Ultraj. praebent. Eandem particulam et librorum auctoritatem neglexi in Milt. VII, 2. et Alcib. IV, 4.

C. IV. §. 3. *se in ea re maxime diis agere gratias atque habere.* Sic Guelpherbytanus et Axenianus hunc locum scriptum exhibent, nisi quod Axenianus in collocatione verborum discrepat. Eum autem verborum ordinem, quem Guelpherbytanus habet, apparet multo meliorem esse atque elegantiorem. Deinde et duorum illorum librorum auctoritas flagitavit et sententia ut *maxime* pro *maximas* scriberem. Non enim hoc loco quaeritur, quantas diis Timoleon egerit gratias, sed, in qua re maxime illud fecerit.

C. V. §. 1. *Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt casus.* Sic scripsi ex auctoritate Guelpherbytani, Axeniani, Ed. Ultrajectinae, cum ante me *accesserant* vulgaretur. Eadem ratione locutus est in Epam. III, 1: *Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona accesserant.* Deinde scripsi *natali suo die* pro eo, quod edebatur, *natali die sua*, in quo pronomen *suo* nimis claudicat. — §. 5. *Hoc a diis etc.* Sic rectissime codices, nec quidquam agit Bremius, qui *haec* saepe a Latinis pro *hoc* dici contendat. Librarii

frequentissime pro *hoc* scripserunt *hec*, unde *haec* factum est.

De Regibus.

C. I. §. 1. *memoria digni videantur.* Recepi *videantur* pro *videbantur*, quod a librariis profectum videtur. Conjunctivus autem sententiae egregie convenit. — §. 2. dedi *Hystaspi*, in quo optimi ac plurimi libri consentiunt.

C. II. §. 1. Reposui *gente* pro *genere*, quod meliores libri habent et C. III. §. 1. rescripsi *magni reges*, etsi editores pro vulgata scriptura *multi reges* acerrime propugnant.

Hamilcar.

C. I. §. 4. *donicum aut virtute vicissent.* Omnium emendationum, quibus viri docti corruptum hunc locum sanare ornati sunt, Lambiniana si non verissima, at certe optima est. Requiritur enim hoc loco verbum, quod in sequentibus verbo *victi* opponatur, ejusque locum verbum *virtus* quodammodo tenet.

Hannibal.

C. III. §. 2. Jam me poenitet retinuisse vulgatam eamque ab omnibus codicibus confirmatam scripturam; nec persuadere mihi potui Latinos unquam dixisse *minor viginti annis natus* pro *minor viginti annis natu*, id quod Lambinus reposuit, aut pro *minor viginti annos natus*, quam quidem dicendi rationem de *Regg.* II, 3 rectissime editores tuentur; nec ullo loco potest comprobari Latinos in illa dicendi formula ablativum usurpasse, quamvis librarii nonnunquam eam pro more corruperint, velut apud Frontin. Strat. IV, 1, 10. et apud *Cic. in Verr.* II, 49, 122, ad quem locum Garatonius frustra ablativi patrocinium suscepit inter alia etiam his legis Serviliae allatis verbis: *qui minor annis XXX major annos LX gnatus siet*, de quibus Zumptius veris-

sime judicat. Quamobrem hoc nostro loco erit aut *annos* corrigendum, quod Heusingerus voluit, aut *natu* scribendum, quod Lambinus fecit, aut *natus* ejiciendum, quod in Ed. Ultrajectina omittitur.

C. IV. §. 3. *cum etiamnum premeretur.* Vulgata scriptura est: *cum etiamnunc premeretur.* Quod ego recepi legitur in libro Guelpherbytano et Edit. Ultrajectina. Cl. Handius verba *etiamnunc* et *etiamnum* negat significatione differre. Equidem in ea sum sententia, ut ubi major quaedam vis in verbo *nunc* posita sit, *etiamnunc* praeferendum esse putem. Quam meam sententiam liber Guelpherbytanus confirmat. Quemadmodum enim hoc loco rectissime habet *etiamnum*, ita C. VII, 3. *etiamnunc* exhibet.

C. VI. §. 1. *[filium ejus — fugaverat.]* Haec ex interpretamento in margine addito consarcinata esse arbitror; quare uncis circumdedi. Ac primum quidem optimi libri verba *filium ejus* omittunt. Deinde verba sequentia in tribus codicibus ita sunt mutila, ut totus locus ex glossemate videatur conglutinatus. Denique in tota Hannibalis rerum gestarum enarratione adeo indulsit epitomator brevitati, ut nullo loco uberiorem quandam expositionem fecerit.

C. XI. §. 2. *quin aliquid de pace esset scriptum.* Cum optimos omnino libros sequendos statuissem, hanc debui recipere scripturam nec video quamobrem auctor harum vitarum, etsi aliis locis verbo *non dubitare* accusativum cum infinitivo addit, hoc tamen loco non potuerit sequi Tullianam dicendi rationem. — §. 5. ex optimo Guelpherbytano, cui alii adstipulantur, *concitarunt* pro *excitarunt* scripsi.

C. XII. §. 2. *futuros existimarent.* Sic optimi libri nec est verisimile, ut librarii conjunctivum invexerint. — §. 3. pro inepto *semper verens*, quod praecedenti *aedificarat* minime aptum est, rescripsi *scilicet verens.* Liber Axenianus habet *sed verens*, quod satis ostendit

libraries compendio Ↄ. quo scribebatur male intellecto verbum genuinum corrupisse. — §. 4. ex duobus optimis libris restitui *nuntiaret* pro *renuntiaret.* Verbum compositum ut in sequentibus verbis aptissimum est, ita hoc ab loco plane abhorret.

Cato.

C. I. §. 2. Recepi quidem scripturam, quam Guelpherbytanus habet cum aliis libris: *existimata est,* et paullo post *existimamus,* tamen verendum est, ne hoc ab librariis ex usu posterioris aetatis inlatum sit, nisi illud discrimen intercedere arbitremur, ut verbum *existimare,* ubi magis judicium urgeatur, recte usurpari statuamus.

C. III. §. 1. Auctoritate optimi Guelpherbytani ejeci verba *prudentia et,* ut jam Pighius ediderat. Nec ea, quae Cic. Brut. c. 85. a Lambino et Bardilio laudatus de Catone dixit, ad illa verba hoc loco tuenda faciunt. Nullus hic locus est *prudentiae,* cum quae sequuntur ex uno fonte industriae oriantur. Deinde delevi particulam *et,* quam Lambinus ante *jurisconsultus* inseruit; facile enim in hac Catonis vita fero: *reipublicae peritus jurisconsultus.* — §. 2. abjeci verba *in eis* ab Lambino addita et deinde pro *reperire possis* scripsi *reperiri possit,* quod praeter alios libros etiam Guelpherbytanus exhibet.

Atticus.

C. I. §. 2. Non dubito, quin verbum *indulgente* a mala manu intrusum auctoritate libri Medicaei ejiciendum sit, etsi scio legi apud *Cic. in Verr.* I, 44, 112: *diligentia indulgentiaque.* Nec video, quid hoc loco sibi velit pater *indulgens* inter diligentem, divitem, studiosum litterarum.

C. III. §. 3. Rectissime Bardilius judicavit de verbis: *ut eandem et patriam haberet et domum.* Itaque uncis inclusi. Paullo post verba *ante alios* ejicere de-

bebam; conjunctivum vero *fuerit*, quem Heusingerus nimis crudeliter jugulat, retinendum putavi.

C. VI. Retinui quidem vulgatam scripturam *effusis ambitus largitionibus*, tamen altera, quam habet Guelpherbytanus ac Gifanianus, non negligenda videtur.

C. VIII. §. 1. Revocavi omnium librorum scripturam *convertisse videretur*. Cfr. Daehne. — §. 5. pro *consulibus* scripsi plurimorum librorum auctoritate *consule*. Intelligitur solus Antonius.

C. IX. §. 2. *et in eo laedendo aliquam consecuturos sperabant commoditatem*. Haec est optimorum ac plurimorum librorum scriptura, qua relicta Bosius librum Gifanii secutus pro *commoditatem* scripsit *commendationem*, in quo vereor, ne *commendationem consequi* non recte dicatur. — §. 6. *Sed sensim is a nonnullis optimatibus reprehendebatur*. Libri manu scripti ante *reprehendebatur* addunt aut *ejus rei* aut *ejus*, quod fortasse non spernendum. Verbum simplex cum genitivo legitur ap. *Plaut. Bacch.* IV, 4, 45: *quem mendacii prehendit manifesto modo*. Propter primam syllabam verbi *reprehendebatur* facillime verbum *rei* excidere potuit. Pronomen *is* nondum adducor, ut a Cornelio profectum credam.

C. X. §. 4. *se eum et illius caussa Gellium Canum*. Sic hunc locum Bosius constituit. Sed quem Latinorum putamus dixisse: *eum et illius caussa?* Meliores libri exhibent *se eum et illius Canum*, quod fortasse depravatum est ex *se eum et Gellium Canum*, quod nonnullae veteres editiones habent. Nam quod Scioppius et Ernstius dicunt in suis libris fuisse: *se eum et ejus caussa Gellium Canium*, vereor ne illi homines mentiantur. — §. 5. Mirum est editores retinuisse *conjunctim*, quod tamen nemo explicavit. Libri optimi scriptum exhibent *conjuncti*, quod unice accommodatum est ad loci sententiam.

C. XI. §. 5. *non malebat oblivisci, quam ulcisci.*

Quamquam haec est optimorum duorum librorum scriptura, tamen editores eam receperunt, quae nulla codicum auctoritate nititur et scripserunt particula *non* abjecta: *malebat ulcisci, quam oblivisci.*

C. XIII. §. 5. *Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conspici posset.* Jam me piget non recepisse veterum editionum scripturam *non modica*, de qua verissime Tzschuckius judicat. Vidit enim vir doctissimus, vocem *neuter* postulare, ut utrumque et *supellex modica* et *multa* negetur.

C. XIV. §. 3. *praeter Arretinum.* Cur hanc librorum manu scriptorum lectionem editores adhuc spreverint nescio.

C. XV. §. 2. *quod semel admisisset.* Sic ego scripsi auctoritate optimi libri, cum antea ederetur *annuisset*, quod non dubito quin ab aliena manu profectum sit. Nam cum *admisisset* depravatum esset in *amisisset*, id quod etiam in Ed. p. 1470. factum videmus, idque pro corrupto habitum esset; facile inde correctum est *annuisset.* Accedit, quod verbum *admisisset* exquisitius est, quam ut librariis tribui possit.

C. XVIII. §. 3. *ordine enumeraverit.* Quod ego scripsi *enumeraverit*, id optimorum et plurimorum librorum consensu factum est. Scio quidem hanc scripturam a Bosio librariorum inscitiae tribui, sed tamen vereor, ne ab iis indicativus inlatus sit, qui particulam *ut* hoc loco cum conjunctivo poni non posse putaverint.

C. XIX. §. 2. *dignitate pari, fortuna humiliores.* Haec est omnium librorum scriptura, quam sine idonea caussa editores repudiaverunt. Exempla congessit Drak. ad Liv. I, 9, 11. Heusingerus autem errat, qui verba *dignitate pari, fortuna humiliore* ad Atticum referenda esse putet. Rectissime vero idem ille vir judicat de iis, quae sequuntur. Itaque nomen *Caesarem* et verba *nemo adhuc*, quae etiamnum in editionibus leguntur, abjeci. Jure autem a Madvigio ad Cic. Fin. p. 28. no-

tatur Stuerenburgius, qui pronomen *cuiquam* barbarum esse putans pronomine *cuique* substituto hunc locum corruperit.

C. XX. §. 2. *nullus dies temere intercesserit.* Indicativus *intercessit*, qui vulgo hic legitur, unius Mendosiani auctoritate nititur. Conjunctivum ceteri libri habent et Heusingerus, Tzschuckius, Titzius probarunt recteque explicaverunt. Est scilicet ille conjunctivus modeste et dubitanter affirmantis. At indicativus *misit*, qui praecedit, offendit. Scribendum fuit *miserit*, id quod Heusingerus voluit. Nihilominus ego conjunctivum recipiendum duxi. Est enim anacoluthi genus, quo scriptor inceptae orationis immemor ad conjunctivum modeste affirmantis transit. Talia haud raro apud veteres scriptores inveniuntur. *Cic.* ad Q. Fr. I, 1, 5: *Nunc vero ea pars tibi reipublicae commissa est, in qua aut nullam aut perexiguam partem fortuna tenet et quae mihi tota in tua virtute ac moderatione animi posita esse videatur.* Plura suppeditabit Drakenb. ad Liv. XXX, 44, 10. et XLI, 24, 5. — §. 4. Miror Bardilium non recepisse scripturam, quam et optimorum librorum consensus et sententia flagitat. Jam Heusingerus eam verissimam esse viderat. Optimi enim libri scriptum exhibent: *quid ageret curae sibi haberet certiorem facere Atticum;* nec scribimus, quae nobis curae habeamus, sed quae agamus. Nec magis probo in sequentibus verbis scripturam *intercedere*, quam idem ille vir egregius non plane rejiciendam putavit. Non enim illud urgetur, quod intercedere, sed quod accidere inter Caesarem atque Antonium necesse fuit; nec scriptor potuit hoc loco dicere: *quantam fuit intercedere necesse,* sed debuit dicere: *quantam fuit incidere necesse.* Rectissime jam Heusingerus laudavit *Quintil.* XI, 1, 70: *ut inter eos non forensem contentionem, sed studiosam disputationem crederes incidisse.*

C. XXI. §. 1. *quam bonitate consecutus tantaque prosperitate usus est valetudinis etc.* Hanc librorum

optimorum scripturam jam Titzius recepit. Deinde Heusingerum secutus auctoritate libri Guelpherbytani pro corrupto *in unum intestinum* scripsi *in imum intestinum*, quod jam Barthius conjectura assecutus erat. Paullo post reposui *fistulae puris eruperint*, quod liber Guelpherbytanus exhibet. *Puris* etiam in aliis ac plurimis libris legitur. — §. 3. dedi *accersi* pro *arcessi*, quam quidem hujus verbi formam etiam in Dion. II, 2. restituere debebam.

CORNELII NEPOTIS

QUAE VULGO FERUNTUR

VITAE

EXCELLENTIUM IMPERATORUM.

Prologus.

Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus 1
scripturae leve et non satis dignum summorum virorum personis judicent, cum relatum legent, quis musicam docuerit Epaminondam aut in ejus virtutibus commemorari

---

Cornelii Nepotis etc.

Cornelii Nepotis etc. **Ms. Dan.:** *Incipiunt capitula in librum Aemylii Probi de excellentibus ducibus exterarum gentium. Liber Aemylii Probi de laudibus exterarum Gentium.* — **Ms. Ax.:** *Emilii Probi de excellentibus ducibus externarum gentium incipit feliciter Prologus.* — **Voss. A:** *Aemilius Probus de excellentibus ducibus exterarum gentium feliciter incipit.* — **Voss. B:** *Probus Emilius de excellentibus ducibus exterarum gentium faeliciter incipit.* — **Leid. 2:** *Probi Haemylii de vitis clarorum imperatorum liber feliciter incipit.* — **Ms. Bibl. S. Trin. Cantab. et Gu.:** *Aemilius Probus de excellentibus exterarum nationum viris.* — **Ms. Arnoldi Arlenii ap. Mag. Miscell. IV, 15:** *Aemylii Probi de imperatoribus exterarum Gentium liber.* — **Ed Ultr.:** *Excellentium imperatorum liber auctore Aemilio Probo. ad Atticum. Prooemium.*

Prologus.

Prologus. **Sic Dan. Ax. Voss. A.** — **Leid. 2:** *prooemium.* — **Edd. vett. Arcoc.:** *praefatio.*

§. 1. *hoc.* **Ms. ap. Mag. Miscell. IV, 15:** *qui Atticae hoc.* — **Leid. 2. om.** *Attice.* — *legent.* **Oudend. conj.** *legant.* — *quis.*

2 saltasse eum commode scienterque tibiis cantasse. Sed
hi erunt fere qui expertes litterarum Graecarum nihil
rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt.
3 Hi si didicerint non eadem omnibus esse honesta atque
turpia, sed omnia majorum iustitutis judicari, non admirabuntur nos in Grajorum virtutibus exponendis mores
4 eorum etiam secutos. Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe cum ejus cives eodem uterentur instituto. At id quidem nostris moribus nefas habetur. Laudi in Graecia ducitur adolescentulis quam plurimos habuisse amatores. Nulla Lacedaemoni tam est nobilis
5 vidua, quae non ad coenam eat mercede conducta. Magnis in laudibus tota fere fuit Graecia victorem Olympiae citari; in scenam vero prodire et populo esse spectaculo nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quae omnia apud nos partim infamia partim humilia atque ab hone-
6 state remota ponuntur. Contra ea pleraque nostris moribus sunt decora, quae apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in con-

---

Mendos.: *qui.* — *Epaminondam.* Voss. A. B: *Epaminundam,* et sic semper. — Voss. C: *Examinandam.* — *commemorari.* Mendos. Savar. Voss. A. C: *commorati.*

§. 2. *hi.* Gu. Boecl.: *hii.* — *quod.* Voss. C. om.

§. 3. *Hi.* Sic Dan. — Gu. Voss. C: *Hii.* — Leid. 2. Oxon. Voss. A. B: *ii.* — *eadem.* Voss. C: *eandem.* — *eorum etiam.* Sic Ms. Dan. — Ed. Long.: *mores gentium.* — Vulgo om. *etiam.*

§. 4. *habere.* Leid. 2: *habuisse.* — *cives ejus.* Sic Gu. Ed. Ult. et aliae vett. — Aliae: *ejus cives.* — *quidem.* Leid. 2: *quod.* — *adolescentulis.* Leid 2: *adolescentulos.* — Mss. Oxon. om. — *habere.* Dan. Ed. Ult.: *habuisse.* — *Lacedaemoni.* Ed. Ult.: *Lacedaemone.* — *nobilis.* Ms. Bavar.: *femina vidua nobilis.* — Gu.: *vidua tam est nobilis.*

§. 5. *tota fere fuit.* Sic Gu. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax.: *tota fere Graecia fuit.* — Edd. aliae om. *fere.* — *et populo.* Leid. 2: *ac pop.* — *partim infamia.* Ms. Ox. om.

§. 6 *Contra ea.* Ed. Ultr. om. *ea.* — *Quem.* Voss. C: *cum.* — *aut.* Gu. Leid. 2. Voss. C: *at.* — *non materfamilias.* Sic Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Ed. Ultr. — Aliae Edd.: *materfamilias non.*

vivium? aut cujus non materfamilias primum locum tenet aedium atque in celebritate versatur? quod multo fit aliter in Graecia. Nam neque in convivium adhibetur 7
nisi propinquorum; neque sedet nisi in interiore parte aedium, quae γυναικωνῖτις appellatur, quo nemo accedit nisi propinqua cognatione conjunctus. Sed hic plura persequi cum magnitudo voluminis prohibet tum festinatio, ut ea explicem, quae exorsus sum. Quare ad propositum veniemus et in hoc exponemus libro de vita excellentium Imperatorum.

I. MILTIADES.

Argumentum.

Cap. I. *Dux colonorum in Chersonesum mittitur. Irridetur a Lemniis.* **II.** *Chersoneso potitur. Lemnum capit et Cyclades.* **III.** *Pontis in Istro custos a Dario, qui Scythas bello petebat, constituitur. Dat consilium excutiendae dominationis Persarum. Ab Histiaeo impeditur.* **IV.** *Dario bellum in Graecos movente, auctor suis est, ut obviam hosti eant.* **V.** *Ante sociorum adventum vincit Darium.* **VI.** *Praemium victoriae.* **VII.** *Omittit oppugnationem Pari. Damnatur et in vinculis moritur.* **VIII.** *Vera ejus damnationis causa.*

Cap. I. *Miltiades*, Cimonis filius, Atheniensis, cum 1
et antiquitate generis et gloria majorum et sua modestia

---

§. 7. *adhibetur.* Leid. 2: *a patre adhib.* — *in interiore.* Edd. vett. quaedam om. *in.* — γυναικωνῖτις. Sic Ed. Steph. — Cod. Mendos.: *Gynechorites.* — Leid. 2: *Gynechorites appellatur.* — Voss. A: *Gynenechonites.* — Voss. C: *Gynechorites.* — Ax.: spatio relicto a m. sec. *Gynaeconitis*; et sic Ed. Ultr. — Gu.: *Gnechorites.* — Ed. Long.: γυναικωνίτης.

§. 8. *hic.* Sic Dan. Leid. 1. Ox. Ed. Ultr. — Boecl. Leid. 2. Voss. B. C. Ax. Gu.: *haec.* — *cum.* Sic Voss. A. B. — Ax. Gu. Leid. 2. Voss. C. om. *cum.* — Vulgo: *tum* — *explicem.* Leid. 2: *explices.* — *Quare* — *imperatorum.* Ed. Ultr. om. — *de vita.* Sic Codd. Mendos. Gif. Sav. Dan. Boecl. Gu. Ax. Leid. 2. Ox. Voss. C. — Edd. vett. quaedam: *vitus.* — Voss. A. B. om.

Miltiades.

Miltiades. Sic etiam Dan. et Edd. recent. — Gu. Ms. Bernard.: *de Miltiade*, et sic de ceteris. — Ms. Bibl. S. Trin.: *vita Miltiadis, vita Themistoclis etc.*

Cap. I.

§. 1. *filius.* Leid. 2. om. — *modestia.* Voss. C: *molestia.* —

unus omnium maxime floreret eaque esset aetate, ut jam non solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui talem futurum, qualem cognitum
A. Ch. n. 512. judicarunt, accidit ut Athenienses Chersonesum colonos
2 vellent mittere. Cujus generis cum magnus numerus esset et multi ejus demigrationis peterent societatem, ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimum duce uterentur. Namque tum Threces eas regiones tenebant, cum quibus armis
3 erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia praecepit, ut Miltiadem imperatorem sibi sumerent; id si
4 fecissent, incepta prospera futura. Hoc oraculi responso Miltiades cum delecta manu classe Chersonesum profectus cum accessisset Lemnum et incolas ejus insulae sub potestatem redigere vellet Atheniensium idque Lemnii sua sponte facerent postulasset, illi irridentes responderunt tum id se facturos, cum ille domo navibus
5 proficiscens vento aquilone venisset Lemnum. Hic enim ventus ab septemtrionibus oriens adversum tenet Athenis proficiscentibus. Miltiades morandi tempus non habens cursum direxit quo tendebat pervenitque Chersonesum.

---

jam non. Sic Ax. Boecl. — Gu. cett. et Ed. Ultr.: *non jam.* — *futurum.* Ms. Ox. addit *esse.* — Dan. Leid. 1: *talem cum futurum.* — *Chersonesum.* Leid. 2: *Cheronesum.* — Codd. Voss. fere semper *Chersonesum.*

§. 2. *ex his.* Ms. Mendós.: *ex iis.* — *qui consulerent Apollinem.* Desunt in Ms. Ernst. et Leid. 2. — *Namque.* Sic Dan. Gifan. Gu. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax. et Edd. vett.: *Nam.* — *tum.* Sic omnes Codd. praeter Leid. 2, in quo est *tamen.* — *Thraces.* Ms. Gifan. Dan. Gu.: *Threces.*

§. 3. *Pythia.* Leid. 2: *Phitia.* — *imperatorem sibi.* Sic Gu. Ax. — Vulg.: *sibi imp.*

§. 4. *Miltiades etc.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Leid. 2: *Miltiades dilectus c. d. m.* — *insulae.* Voss. C: *insulatae.* — *idque.* Sic Boecl. Leid. 1. Gu. Ax. Vossiani et fortasse omnes, ut etiam Edd. ante Lamb., qui *idque ut* scripsit; Ed. Ultr. *ut* ante *facerent*, habet.

§, 5. *irridentes.* Voss. B: *inridentes.* — Thottian.: *ridentes.* — *se.* Leid. 2. om. — *venisset.* Leid. 2: *venissent.* — *a.* Dan. Leid. 2: *ab.*

Cap. II. Ibi brevi tempore barbarorum copiis dis- 1
jectis tota regione, quam petierat, potitus loca castellis
idonea communiit, multitudinem, quam secum duxerat, in
agris collocavit crebrisque excursionibus locupletavit.
Neque minus in ea re prudentia, quam felicitate adjutus 2
est. Nam cum virtute militum devicisset hostium exer-
citus, summa aequitate res constituit atque ipse ibidem
manere decrevit; erat enim inter eos dignitate regia,
quamvis carebat nomine, neque id magis imperio, quam 3
justitia consecutus. Neque eo secius Atheniensibus, a
quibus erat profectus, officia praestabat. Quibus rebus
fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo impe-
rium obtineret, qui miserant, quam illorum, cum quibus
erat profectus. Chersoneso tali modo constituta Lemnum 4
revertitur et ex pacto postulat, ut sibi urbem tradant.
Illi enim dixerant cum vento borea domo profectus eo
pervenisset sese dedituros: se autem domum Chersonesi
habere. Cares, qui tum Lemnum incolebant, etsi praeter 5
opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secunda
fortuna adversariorum capti resistere ausi non sunt atque
ex insula demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas,

Cap. II.

§. 1. *barbarorum.* Dan. Gu. Leid. 2.: *barbarum.* — *communi-vit.* Sic Ax. Ed. Ultr. — Dan. Voss. A. C. Gu. Leid. 2: *communiit.* — *crebrisque.* Ms. Thott. om. *que.*

§. 2. *adjutus.* Cod. Trin. teste Wass. ad Sall. Cat. 9. leg. *usus est.* — Voss. B: *adjunctus,* in marg.: *adjutus.* — *hostium devicisset exercitus.* Sic Ms. Boecl. Ax. — Gu. Ed. Ult.: *devicisset hostium exercitus.*

§. 3. *a quibus erat profectus.* Sic. Gu. Dan. Codd. Savar. Gif. Leid. 1. Ed. Ult. et Ernst., qui tamen addit: *ac suis.* — Cod. Put. Boecl. Ax. Voss. B: *aut quibuscum erat profectus.* — Ms. Bav. teste Sciopp. Verisim. II, 10: *ac quibuscum erat pr.* — Leid. 2 et quaedam Edd.: *quibuscum erat pr.*

§. 4. *constituta.* Dan. Gu. Leid. 2. Voss. A. C: *constituto.* — *ex pacto.* Cod. Schott.: *ex constituto.* — *borea.* Voss. B: *barrea.*

§. 5. *Cares.* Dan. Gu. Voss. B: *Chares.* — *redegit.* Leid. 2: *redigit.*

quae Cyclades nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem.

1 C. III. Eisdem temporibus Persarum rex Darius ex
Asia in Europam exercitu trajecto Scythis bellum inferre
decrevit. Pontem fecit in Histro flumine, qua copias
A. Ch. n. 508. traduceret. Ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes, quos secum ex Ionia et Aeolide duxerat.
Quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat impe-
2 ria. Sic enim facillime putavit se Graeca lingua loquentes, qui Asiam incolerent, sub sua retenturum potestate,
si amicis suis oppida tuenda tradidisset, quibus se oppresso nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum
3 numero Miltiades, cui illa custodia crederetur. Hic cum
crebri afferrent nuntii male rem gerere Darium premique a Scythis, Miltiades hortatus est pontis custodes, ne
a fortuna datam occasionem liberandae Graeciae dimit-
4 terent. Nam si cum his copiis, quas secum transportarat, interisset Darius, non solum Europam fore tutam,
sed etiam eos, qui Asiam incolerent Graeci genere, liberos a Persarum futuros dominatione et periculo: id et

Cap. III.

§. 1. *trajecto.* Voss. C: *trajectam.* — *Darius.* Ed. Ultr. ubique: *Dareus.* — *Histro flumine, qua.* Sic. Gu. Dan. [*Hystro*] et Ed. Ultr. [*Istro*]. — Ax. Boecl. Schott. Voss. A. B. C: *Histro flumine, quo.*

§. 2. *Sic enim facillime putavit se.* Sic Gu. Ax. Thottian. Ed. Ultr. — Vulgo: *Sic enim putavit facillime se.* — *Graeca.* Ax.: *Graecia.* — *In hoc tum numero fuit.* Sic Boecl. — Gu. Ed. Ultr. ut vulgo: *in hoc fuit tum numero.* — Ax.: *in hoc numero fuit Miltiades.* — Thott.: *in hoc fuit numero Miltiades.* — *crederetur.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Mss. Mendos. Boecl. Oxon. Voss. A. B. C: *traderetur.* — *adferrent.* Dan.: *auferrent.* — Thott.: *affirmarent.* — *a Scythis.* Sic Dan. Gu. Axen. Leid. Voss. C. Ed. Ultr. — Voss. A: *ab Scythis.*

§. 4. *his copiis.* Voss. B: *iis copiis.* — *transportarat.* Dan. Ed. Ultr.: *transportarant.* — *interisset.* Sic Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr.: *interiisset.* — *Graeci genere.* Leid. 2: *Graecos generis.* — *id, et facile.* Sic Mss. Brunt. Gu. Ed. pr. Ultr. — Mss. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ax.: *et facile.* — *rescisso.* Sic Gu. Ed. Ultr. alii. — Leid. 2: *reciso.*

facile effici posse. Ponte enim rescisso regem vel ho-
stium ferro vel inopia paucis diebus interiturum. Ad 5
hoc consilium cum plerique accederent, Histiaeus Mile-
sius, ne res conficeretur, obstitit dicens non idem ipsis,
qui summas imperii tenerent, expedire et multitudini,
quod Darii regno ipsorum niteretur dominatio, quo ex-
stincto ipsos potestate expulsos civibus suis poenas da-
turos. Itaque adeo se abhorrere a ceterorum consilio,
ut nihil putet ipsis utilius, quam confirmari regnum Per-
sarum. Hujus cum sententiam plurimi essent secuti, 6
Miltiades non dubitans tam multis consciis ad regis aures
consilia sua perventura Chersonesum reliquit ac rursus
Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non valuit, tamen
magnopere est laudanda, cum amicior omnium libertati,
quam suae fuerit dominationi.

Cap. IV. Darius autem cum ex Europa in Asiam 1
redisset, hortantibus amicis, ut Graeciam redigeret in
suam potestatem, classem quingentarum navium compa-
ravit eique Datim praefecit et Artaphernem hisque du-
centa peditum, decem millia equitum dedit causam in-
terserens se hostem esse Atheniensibus, quod eorum
auxilio Iones Sardis expugnassent suaque praesidia in-
terfecissent. Illi praefecti regii classe ad Euboeam ap- 2
pulsa celeriter Eretriam ceperunt omnesque ejus gentis

---

§. 5. *Histiaeus.* Dan. Gu. Voss. A: *Hestiaeus.*

§. 6. *secuti.* Leid. 2: *consecuti.* — *consciis.* Leid. 2. Voss. A: *consiliis.* — *Athenas demigravit.* Ax.: *demigravit Athenas.* — *laudanda.* Ms. Ernst. et quaedam Edd. vett.: *laudandus.*

Cap. IV.

§. 1. *Datim.* Quaedd. Edd. et Ultr.: *Datin.* — *praefecit.* Dan.: *praeficit.* — *Artaphernem.* Leid. 2: *Artaiternem.* — *peditum, decem millia etc.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. B. Bav. 1. 2. — Ed. Ultr. et aliae: *peditum millia, decem equitum dedit.* — *Sardis.* Sic. Ax. Gu. [*Sadis*]. — Ed. Ultr.: *Sardeis.*

§. 2. *Illi.* Edd. quaedd. invitis Codd. om. — *ad Euboeam.* Ax. Oxon. Voss. B. om. *ad.* — *is est ab.* Sic Gu. Axen. Boecl. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Vulg.: *is abest ab.* — *passuum.* Dan. Gu. Boecl. Leid. 2. Voss. A. C: *passus.*

cives abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt ac suas copias in campum Marathona deduxerunt. Is est ab oppido circiter millia pas-
3 suum decem. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti auxilium nusquam nisi a Lacedaemoniis petiverunt Phidippidemque cursorem ejus generis, qui ἡμεροδρόμοι vocantur, Lacedaemonem miserunt,
4 ut nuntiaret, quam celeri opus esset auxilio. Domi autem creant decem praetores, qui exercitui praeessent, in eis Miltiadem, inter quos magna fuit contentio, utrum moenibus defenderent, an obviam irent hostibus acieque
5 decernerent. Unus Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore castra fierent: id si factum esset, et civibus animum accessurum, cum viderent de eorum virtute non desperari, et hostes eadem re fore tardiores, si animadverterent auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare.

1 Cap. V. Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus

---

§. 3. *tumultu.* Voss. C: *tumulto.* — *Philippidemque.* Ms. Longol. — Dan. Bav. Gif. Gu.: *Phidippumque.* — Ax. Boecl. Leid. 2. Ox. Ed. Ultr.: *Philippumque.* — ἡμεροδρόμοι. Sic Ed. Ultr. — Dan. Gif. alter e Bavar.: *Hemerodromoe.* — Gu.: *hemerodrome.* — Leid. 2. Voss. A: *Hemerodromae.* — Voss. C: *hemerodrame vocatur.* — Ax. om., spatio relicto. — *quam.* Voss. C. om.

§. 4. *creant.* Sic Gu. Dan. Mendos. Boecl. Leid. 1. Ox. Voss. A. B. C. Ed. Ultr.; et in sequent. verbb.: *Miltiadem.* — Ax. et Voss. B. in marg.: *creati* — *Miltiades.* — *defenderent.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Vulg.: *se defenderent.* — *hostibus.* Ed. Ultr. om. — *decernerent.* Sic Gu. Ax. Gif. Savar. Put. Leid. 1. 2. Voss. B. et in Voss. A. supra notatum, Ed. Ultr. — Mendos. Voss. A. C: *acieque decertarent.* — Dan. Ms. et Ed. Mag.: *et aequis contenderent.* — Ms. Sluisq.: *aciemque cernerent.* — Edd. vett.: *an aeque contenderent.* — Aliae: *acieque contenderent.*

§. 5. *desperari.* Leid. 2: *desperare.* — *eadem re.* Ax.: *eadem de re.* — *auderi.* Gu. Boecl. Dan. Ax. Ed. Ultr.: *audere.* — Cod. Ernst. Leid. 2. Voss. A. B: *auderi.* — *dimicare.* Sic Ax. Voss. B. et alii. — Gu. Voss. A. C. Ed. Ultr.: *dimicari.* — Dan.: *dimicarent.* — Ox.: *dimicare* om.

Cap. V.

§. 1. *Plataeenses.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Voss. A. B:

auxilio fuit praeter Plataeenses. Ea mille misit militum. Itaque horum adventu decem millia armatorum completa sunt, quae manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate, quo factum est, ut plus quam collegae Miltiades valuerit. Ejus auctoritate impulsi Athenienses copias ex urbe edu- 2
xerunt locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero 3
die sub montis radicibus acie e regione instructa nova arte vi summa proelium commiserunt (namque arbores multis locis erant rarae) hoc consilio, ut et montium tegerentur altitudine et arborum tractu equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis etsi non 4
aequum locum videbat suis, tamen fretus numero copiarum suarum confligere cupiebat eoque magis, quod, priusquam Lacedaemonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit proeliumque commisit: in quo 5

Platenses. — Leid. 2: *Platentes.* — Quidd. Mss. ap. Bos. et Edd.: *Plataeensium.* — *horum.* Ms. Ox.: *hominum.* — *completa sunt.* Voss. C. haec verba omittit a verbis: *praeter Plataeenses.*

§. 2. *valuerit.* Dan. Leid. 2: *valeret.* — *Ejus auctoritate.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. — Dan. Gif. Ed. Ultr.: *ejus ergo auct.* — Vulg.: *ejus enim auct.* — *ex urbe.* Ax.: *extra urbem.*

§. 3. *Deinde.* Dan.: *dein.* — *postero.* Voss. B: *postera.* — Ax.: *postera submotis radicibus.* — *arte.* Ms. Gif. Ed. Ultr.: *nona partis summa.* — Dan.: *nova partis summa.* — Gu.: *nima partis summa.* — Mss. Sav. Mendos. Voss. C: *in parte montis summa.* — Leid. 2: *et non apertissima.* — Cod. Thott. om.: *nova arte.* — *arbores.* Leid. 2: *arbore.* — *multis.* Leid. 2: *militis.* — *rarae* Sic omnes Codd. et Ed. Ultr. praeter unum Leid. 2, qui *stratae* legit. — *tegerentur altitudine.* Cod. Dan.: *altitudine tegerentur.* — Voss. C: *regerentur.*

§. 4. *Datis.* Cod. Dan. Gu. Leid. 2: *Dathis.* — *non aequum locum.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Edd. vett. *non locum aequum.* — *magis quod.* Leid. 2. om. *quod.* — *arbitrabatur.* Leid. 2: *arbitrabantur.* — *aciem.* Voss. B: *acie.* — *proeliumque.* Ms. Ox. om.

§. 5. *profligarint.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Boecl. Voss. B: *profligaverint.* — Edd. aliae: *profligarent.* — *adeoque.* Voss. C. om. *que.* — *perterruerunt.* Sic Gu. Ax. et alii. — Dan. Leid. 2. Ed. Ultr.: *perterruerint.* — *pellerint.* Sic Dan.

tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium profligarint adeoque perterruerunt, ut Persae non castra, sed naves petierint. Qua pugna nihil adhuc est nobilius. Nulla enim umquam tam exigua manus tantas opes prostravit.

1 Cap. VI. Cujus victoriae non alienum videtur quale praemium Miltiadi sit tributum docere, quo facilius intelligi possit eandem omnium civitatum esse naturam.
2 Ut enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi atque obsoleti, sic olim apud Athenienses fuisse reperi-
3 mus. Namque huic Miltiadi, quia Athenas totamque Graeciam liberarat, talis honos tributus est in porticu, quae Ποικίλη vocatur, cum pugna depingeretur Marathonia, ut in decem praetorum numero prima ejus imago poneretur isque hortaretur milites proeliumque commit-
4 teret. Idem ille populus, posteaquam majus imperium est nactus et largitione magistratuum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo decrevit.

1 Cap. VII. Post hoc proelium classem septuaginta

Gu. Ax. Leid. 2. Voss. C. — Boecl. Voss. B: *peterent.* — *nobilius.* Voss. B: *his nobilius.* — Mendos. Voss. C: *volubilius.* — *opes.* Ms. Ernst.: *copias.*

Cap. VI.

§. 1. *intelligi.* Boecl.: *inde intelligi.* — Voss. B: *intelligi possit inde.*

§. 2. *ut enim.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Gif. Leid. 1. 2. Voss. B. Ed. Ultr. — Edd. vett. om. *enim.* — *populi nostri.* Dan. Leid. 1: *populi R.* — *tenues.* Voss. A: *tenus.* — *obsoleti.* Sic Dan. Gif. Put. Sav. Gu. Ax. — Voss. A: *absoleti.*

§. 3. *Namque.* Leid. 2: *num.* — *qui.* Dan.: *quid.* — Gu. Ax. Boecl.: *quia.* — Leid. 2: *ea.* — Ed. Ultr.: *qui.* — *totamque.* Gu. om. *que.* — *liberarat.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. B. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *liberavit.* — Ποικίλη. Sic Dan. — Ceteri et Ed. Ultr.: *Poecile.*

§. 4. *Phalereo.* Ax. Leid. 2. Voss. A. B: *Phalerio.* — *decrevit.* Voss. B: *decernit.*

Cap. VII.

§. 1. *persequeretur.* Voss. B: *prosequeretur.* — *pleraeque.* Ms. Mendos. Voss. C: *plures.*

navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas, quae barbaros adjuverant, bello persequeretur. Quo A. Ch. n. 489.
imperio plerasque ad officium redire coëgit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum insulam opibus elatam 2
cum oratione reconciliare non posset, copias e navibus eduxit, urbem operibus clausit omnique commeatu privavit, deinde vineis ac testudinibus constitutis propius muros accessit. Cum jam in eo esset, ut oppido poti- 3
retur, procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu nocturno tempore incensus est: cujus flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem signum a classiariis regis datum. Quo factum est, ut et Parii a deditione 4
deterrerentur et Miltiades timens, ne classis regia adventaret, incensis operibus, quae statuerat, cum totidem navibus atque erat profectus Athenas magna cum offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo est proditionis, 5
quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus

---

§. 2. *e navibus.* Axen. Boecl. Voss. B. om. — *deinde.* Gu. Ed. Ultr. et nonnullae Edd. vett.: *dein.* — *ac testudinibus.* Axen.: *et testud.* — *propius.* Leid. 2: *proprius.*

§. 3. *flamma ut.* Leid. 2. om. *ut.* — *signum a classiariis regis datum.* Sic Cod. Dan. Axen. Voss. B. — Oxon.: *signum adversariis datum.* — Gu. et Edd. vulgg.: *signum a classiariis regiis datum.*

§. 4. *ut et Parii.* Sic Gu. Axen. Leid. 1. Ed. Ultr. — Voss. A: *ut Parii.* — C: *et ut Parii.* — Leid. 2: *et Parum.*

§. 5. *Accusatus ergo est.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Cod. Dan.: *accusatus est ergo.* — Edd. om. *est.* — *rebus.* Leid. 2: *omnibus.* — *discessisset.* Sic Dan. Mendos. Boecl. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Gu. Thott. et Ax.: *a rege discessisset.* — Ceteri et Edd. vett.: *a pugna discessisset.* — *acceperat.* Sic Dan. Gu. Axen. Gif. Put. Sav. Ed. Ultr. — Leid. 2. Voss. 3: *ceperat.* — *quoniam.* Ed. Ultr.: *cum.* — *ipse.* Axen. Voss. B. om. — *verba fecit.* Sic Gu. Ax. Boecl. Leid. 1. Voss. B. et fortasse omnes; nec aliter Edd. vett. ante Lambin., qui primus edidit: *verba pro eo fecit.* — *Tisagoras.* Cod. Dan. Mendos. Gu. Voss. A. B. C: *Sagoras.* — Boecl. Ax.: *Isagoras.* — Cod. Longol.: *Diagoras.* — Leid. 2: *Isagonas.* — Ed. Ultr.: *Diagoras.*

infectis rebus discessisset. Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque, quoniam ipse pro se dicere non posset, verba fecit fra-
6 ter ejus Tisagoras. Causa cognita capitis absolutus pecunia multatus est eaque lis quinquaginta talentis aestimata est, quantus in classes sumtus factus erat. Hanc pecuniam quod solvere in praesentia non poterat, in vincula publica conjectus est ibique diem obiit supremum.

1 Cap. VIII. Hic etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia caussa fuit damnationis. Namque Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat,
2 omnium civium suorum potentiam extimescebant. Miltiades multum in imperiis magistratibusque versatus non videbatur posse esse privatus, praesertim cum consuetu-
3 dine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Chersonesi omnes illos quos habitarat annos perpetuam obtinuerat dominationem tyrannusque fuerat appellatus, sed

---

§. 6. *absolutus.* Voss. C: *absoluta.* — *multatus est.* Cod. Dan.: *mulctatus est.* — *in classes.* Sic Dan. Gu. Axen. Leid. 2. — Vulg.: *classem.* — *in praesentia.* Sic Dan. Gu. Axen. Boecl. Mendos. Gif. Put. Sav. Leid. 2. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr. et aliae omittunt. — *vincula.* Gu. et Ax.: *vincla.*

Cap. VIII.

§. 1. *Pario.* Leid. 2: *Partio.* — *est.* Leid. 2. om. — *alia caussa fuit.* Sic Gu. Axen. Thott. — Vulg.: *alia fuit caussa.* — *Namque.* Sic Gu. Axen. Ed. Ultr. — Olim leg.: *nam.* — *omnium civium suorum.* Sic Dan. Gu. Axen. — Ed. Ultr. cum vulgg.: *omnium suorum civium.*

§. 2. *magistratibusque.* Sic Ed. pr. et Ultr. — Dan. Gu. Gif.: *in imperiis magnisque.* — Axen. Leid. 2. Ox. Voss. B: *imperiis magnisque.*

§. 3. *Chersonesi.* Leid. 2. Voss. A. C: *Chersonesso.* — Ed. Ultr.: *Chersonneso.* — *omnes.* Gu.: *omnis.* — *habitarat.* Axen.: *habitaverat.* — *retinebat.* Sic Gu. Axen. Boecl. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Ultr. Long. et aliae. — Aliae: *retinuerat.* — *et dicuntur et habentur tyranni.* Sic Gu. Axen. Ed. Ultr. — Dan.: *et dicuntur tyranni et habentur.* — Vulg.: *et habentur et dicuntur tyranni.* — *quae.* Voss. C. om.

justus. Non erit enim vi consecutus, sed suorum volun-
tate, eamque potestatem bonitate retinebat. Omnes au-
tem et dicuntur et habentur tyranni, qui potestate sunt
perpetua in ea civitate, quae libertate usa est. Sed in 4
Miltiade erat cum summa humanitas tum mira communi-
tas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus
pateret, magna auctoritas apud omnes civitates, nobile
nomen, laus rei militaris maxima. Haec populus respi-
ciens maluit eum innoxium plecti, quam se diutius esse
in timore.

II. THEMISTOCLES.

Argumentum.

Cap. I. *Adolescens liberius vivit. Exheredatus rei publicae se dedit.* II. *Clarus Corcyraeo et Persico bello. Interpretatur oraculum de muris ligneis in bello Persico, II ad servandos cives eorum.* III. *Secundum proelium ad Artemisium.* IV. *Dolo Xerxem vincit juxta Salamina.* V. *Callido nuntio Graeciam liberat.* VI. *Piraeei portum et muros Athenarum exstruit. Lacedaemonii repugnant.* VII. *Lacedaemonios arte deludit eosque reprehendit.* VIII. *Ostracismo in exsilium ejectus varia fuga agitatur.* IX. *Ad Artaxerxen literas dat salutis causa.* X. *Multis muneribus ab eo ornatur. Magnesiae moritur.*

Cap. I. *Themistocles* Neocli filius, Atheniensis. Hu- 1
jus vitia ineuntis adolescentiae magnis sunt emendata
virtutibus, adeo ut anteferatur huic nemo; pauci pares

---

§. 4. *erat.* Axen. Voss. B. om. — Cod. Trin. teste Wass. ad Sall. Jug. 30. p. 113. om. *in* et *erat.* — *cum.* Dan. Gu. Leid. 2. Voss. B. Ed. Ultr.: *tum.* — *communitas.* Sic Dan. Mendos. Gif. Gu. Voss. A. C. — Axen. cum cett.: *comitas.* — *omnes.* Voss. A. C: *omnis.* — *civitates.* Gu.: *civitatis.* — *respiciens.* Ms. Sluiskenii teste Keuchenio: *adspiciens.* — *cum.* Ed. Ultr.: *illum.*

Themistocles.

Cap. I.

§. 1. *Neocli,* Sic Gu. Dan. Axen. Gif. Put. Sav. Mendos. Voss. A. B. C. — Ms. Ernst. et Ed. Ultr.: *Neoclis.* — *emendata.* Voss. A: *emundata*, supra tamen notatum: *emendata.* — *ordiendum.* Leid. 2. Gu. Voss. A. C: *ordiendus.*

2 patentur. Sed ab initio est ordiendum. Pater ejus Neocles generosus fuit. Is uxorem Acharnanam civem duxit, ex qua natus est Themistocles. Qui cum minus esset probatus parentibus, quod et liberius vivebat et rem familiarem negligebat, a patre exheredatus est. Quae contumelia non fregit eum, sed erexit. Nam cum judicasset sine summa industria non posse eam exstingui, totum se dedidit rei publicae diligentius amicis famaeque serviens. Multum in judiciis privatis versabatur, saepe in concionem populi prodibat, nulla res major sine illo gerebatur,
4 celeriter quae opus erant reperiebat. Neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat, quod et de instantibus (ut ait Thucydides) verissime judicabat et de futuris callidissime conjiciebat. Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.

1 Cap. II. Primus autem gradus fuit capessendae rei publicae bello Corcyraeo, ad quod gerendum praetor a populo factus non solum praesenti bello, sed etiam reli-

---

§. 2. *Neocles.* Sic Leid. 2. — Dan. Gif. Gu. Mendos. Voss. C: *Neoclus.* — *Acharnanam.* Sic Axen. Ms. Ernst. duo Bavar. Boecl. — Gu. Mendos. Sav. Gif. Put. Ms. Cantabr. Voss. A: *Acarnanam.* — Ed. Ultr.: *Acarnanem.* — Ox. Voss. B: *Archanam.* — Voss. C: *Acarnaniam.* — Leid. 2: *Arianam.* — Ald. Lamb. Tasch. Titze ediderunt *Halicarnasseam.* — Longol. et post eum Buchn. et Staver. volunt *Carinam.* — *liberius vivebat.* Sic Dan. Gu. Axen. Gif. Boecl. Bav. 1. Leid. 2. Ed. Ultr. — Voss. A. C. et Ed. vett.: *liberius justo vivebat.* — Voss. B. nec *justo,* nec *liberius* habet. — *rem familiarem.* Voss. C: *rem suam fam.*

§. 3. *dedidit.* Sic Gu. Dan. Gif. Mendos. Leid. 2. — Axen. Vossiani tres: *dedit.* — *sine illo.* Sic Dan. Axen. Ed. Ultr. — Ceteri, ut vulgo: *sine eo.* — *gerebatur.* Sic Codd. — Nonnullae Edd. vett.: *regebatur.* — *celeriter.* Sic Gu. Axen. Leid. 2. Voss. B. Ed. Ultr. — Ceteri: *celeriterque,* ut vulgo. — *erant.* Voss. C: *erat.* — *reperiebat.* Ms. Dan. Leid. 1. Ed. Ultr. addunt: *facile eadem oratione explicabat.*

Cap. II.

§. 1. *fuit.* Axen. Voss. B. om. — *feraciorem.* Axen. Voss. B: *feraciorem.*

quo tempore ferociorem reddidit civitatem. Nam cum 2 pecunia publica, quae ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis interiret, ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium aedificaretur. Qua 3 celeriter effecta primum Corcyraeos fregit, deinde maritimos praedones consectando mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses. Id quantae saluti fuerit universae 4 Graeciae bello cognitum est Persico, cum Xerxes et mari et terra bellum universae inferret Europae cum A. Ch. n. 482. tantis copiis, quantas neque ante neque postea habuit quisquam. Hujus enim classis mille et ducentarum na- 5 vium longarum fuit, quam duo millia onerariarum sequebantur; terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cu- 6 jus de adventu cum fama in Graeciam esset perlata et maxime Athenienses peti dicerentur propter pugnam Marathoniam miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, ut moe-

---

§. 2. *pecunia.* Leid. 2: *ex pecunia.*

§. 3. *Qua.* Sic Axen. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Gu. Boecl. Leid. 2: *quae.* — *cum divitiis.* Gu. Axen. Leid. 2. Ed. Ultr.: *tum.*

§. 4. *quantae.* Leid. 2: *quanti.* — *cum Xerxes.* Sic Leid. 2. — Ceteri: *Nam cum Xerxes.* — *cum tantis copiis.* Sic Gu. Dan. Mendos. Leid. 2. Voss. C. — Ed. Ultr.: *cum tantis copiis eam invasit.* — Axen. Boecl. Oxon.: *cum tantis copiis venit.* — *ante.* Sic Gu. Dan. Axen. et omnes editi ante Lamb. — *neque postea.* Gu. Voss. C: *nec postea.*

§. 5. *onerariarum.* Leid. 2: *onerarium.* — Voss. C: *orariarum.* — *millium.* Dan. et Leid. 2. utrobique om. — Voss. A: *decem peditum equitum CCCC fuerunt.* — Voss. C: *exercitus D peditum, equitum quadringentorum fuerint.* — Boecl.: terrestris autem exercitus septingentorum decem millia peditum, equitum *quadringenta millia.* — Axen.: *Terrestris autem exercitus septingenta decem millia peditum, equitum quadraginta milia fuerunt.* — Gu.: um
dcc *peditum equitum CCCC fuerunt.*

§. 6. *quidnam.* Voss. C: *quaedam.*

7 nibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret
cum intelligeret nemo, Themistocles persuasit consilium
esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent, eum
8 enim a deo significari murum ligneum. Tali consilio
A. Ch. n. 481. probato addunt ad superiores totidem naves triremes
suaque omnia, quae moveri poterant, partim Salamina
partim Troezena asportant; arcem sacerdotibus paucisque
majoribus natu ac sacra procuranda tradunt, reliquum
oppidum relinquunt.

1 Cap. III. Cujus consilium plerisque civitatibus dis-
A. Ch. n. 481. plicebat et in terra dimicari magis placebat. Itaque
missi sunt delecti cum Leonida duce, Lacedaemoniorum
rege, qui Thermopylas occuparent longiusque barbaros
progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinue-
2 runt eoque loco omnes interierunt. At classis communis
Graeciae trecentarum navium, in qua ducentae erant
Atheniensium, primum apud Artemisium inter Euboeam
continentemque terram cum classiariis Regis conflixit.
Angustias enim Themistocles quaerebat, ne multitudine
3 circuiretur. Hic etsi pari proelio discesserant, tamen
eodem loco non sunt ausi manere, quod erat periculum,

---

§. 7. *conferrent.* Voss. C: *conferret.* — *cum enim.* Axen.: *et enim.* — *a deo.* Sic Gu. Ax. Bavv. Mendos. — Ceteri omittere videntur. — *significari.* Leid. 2: *signifruci.*

§. 8. *triremes.* Voss. A: *trientes;* sed in marg.: *triremes.* — *Salamina.* Sic Gu. Axen. Voss. B. Ed. Ultr. — Mendos. Voss. C: *Salaminam partim Troezenam.* — Sic quoque Voss. A., sed supra notatum erat: *Salaminem.* — *Troezenem.* — *partim Troez.* Leid. 2: *pariter Troez.* — *Troezena.* Sic Axen. Voss. B. Ed. Ultr. — Gu. Voss. C: *Troezenam.* — *asportant.* Mendos. Voss. C: *absportant.* — Dan. Ed. Ultr.: *deportant.*

Cap. III.

§. 1. *in terra.* Axen. Boecl. Voss. B: *terra.* — *Leonida duce.* Sic Axen. Voss. B. — Vulgo om. *duce.*

§. 2. *trecentarum.* Leid. 2: *trecentum.* — *Artemisium.* Dan.: *Arthemisium.* — *inter.* Dan.: *et inter.* — *circuiretur.* Sic Dan. Axen. Voss. B. Leid. 2. — Gu. Ed. Ultr.: *circumiretur.*

§. 3. *pari.* Voss. C. om. — *superassent.* Ed. Ultr. et aliae: *superassent.*

ne, si pars navium adversariorum Euboeam superasset,
ancipiti premerentur periculo. Quo factum est, ut ab 4
Artemisio discederent et exadversum Athenas apud Salamina classem suam constituerent.

Cap. IV. At Xerxes Thermopylis expugnatis proti- 1
nus accessit astu idque nullis defendentibus interfectis
sacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit.
Cujus flamma perterriti classiarii, cum manere non aude- 2
rent et plurimi hortarentur, ut domos suas discederent
moenibusque se defenderent, Themistocles unus restitit
et universos pares esse posse ajebat, dispersos testabatur
perituros idque Eurybiadi, regi Lacedaemoniorum,
qui tum summae imperii praeerat, fore affirmabat. Quem 3
cum minus, quam vellet, moveret, noctu de servis suis
quem habuit fidelissimum ad regem misit, ut ei nuntiaret
suis verbis adversarios ejus in fuga esse: qui si discessissent,
majore cum labore et longinquiore tempore bellum
confecturum, cum singulos consectari cogeretur:
quos si statim aggrederetur, brevi universos oppressurum.
Hoc eo valebat, ut ingratis ad depugnandum omnes 4

---

§. 4. *Artemisio.* Leid. 2: *Artemensio.* Voss. B: *Arthemesio.* — Voss. C: *Artemesio.* — *exadversum.* Sic Dan. Gu. Gif. Axen. Sav. Put. Boecl. Voss. A. B. — Ed. Ultr. aliae vett.: *et adversum.* — *Salamina.* Gu. Gif. Axen. Voss. B. C: *Salaminam.* — Voss. A: *Salaminam;* sed supra notatum: *Salaminem.*

Cap. IV.

§. 1. *astu.* Sic Leid. 2. Oxon. — Gu. Axen. Voss. A. Ed. Ultr.: *astum.* — Voss. C: *astuum.* — *idque.* Leid. 2. om. *que.* — *invenerat.* Leid. 2: *invenerant.*

§. 2. *flamma.* Sic Mss. Gif. Dan. Gu. Ax. Put. Savar. Ernst. unus Bavar. Thott. — Voss. B. C. Ed. Ultr.: *fama.* — *ut domos suas discederent.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Leid. 2: *ut domos suasque discederent.* — Edd. Longol. Mag. Steph. Keuch. Gebh. Paris. 1514. aliae: *ut domos suas quisque discederent.* — *pares esse posse.* Sic Dan. Gu. Gif. Put. Sav. unus Schoppi. — Axen. Leid. 2. Voss. A. B. et Ed. Ultr. om. *posse.* — *Eurybiadi.* Voss. A. C: *Eurhiadi.*

§. 3. *fidelissimum.* Ax. Voss. A. C: *fidissimum.*

§. 4. *consectari.* Axen. et Boecl.: *insectari.* — *ingratis.* Sic

5 cogerentur. Hac re audita barbarus nihil doli subesse
credens postridie alienissimo sibi loco, contra opportu-
nissimò hostibus adeo angusto mari conflixit, ut ejus
multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est
magis etiam consilio Themistocli, quam armis Graeciae.
1 Cap. V. Hic etsi male rem gesserat, tamen tantas
habebat reliquias copiarum, ut etiam tum his opprimere
posset hostes. Interim ab eodem gradu depulsus est.
Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, cer-
tiorem eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Hellès-
ponto fecerat, dissolveretur ac reditu in Asiam exclude-
2 retur, idque ei persuasit. Itaque qua sex mensibus iter
fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam reversus
est seque a Themistocle non superatum, sed conserva-
3 tum judicavit. Sic unius prudentia Graecia liberata est
Europaeque succubuit Asia. Haec altera victoria, quae
cum Marathonio possit comparari tropaeo. Nam pari
modo apud Salamina parvo numero navium maxima post
hominum memoriam classis est devicta.
1 Cap. VI. Magnus hoc bello Themistocles fuit neque

Dan. Gu. Gif. Put. Savar. Boecl. Ax. Bavv. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Ms. Ernst. Ed. Lam. et recentt.: *ingratiis.*

§. 5. *navium.* Ed. Ultr.: *manuum.* — *Victus ergo est magis etiam consilio.* Sic Dan. Gu. Boecl. Voss. C. — Axen.: *Victus est ergo magis etiam consilio.* — Ed. Ultr. aliae: *Victus est ergo magis consilio.* — Reliquae et Bard. Daehne: *Victus ergo est magis consilio.* — *Themistocli.* Sic Gu. — Vulgo: *Themistoclis.*

Cap. V.

§. 1. *Hic.* Edd. quaedd. addunt *barbarus,* quod abest ab Codd. Dan. Gif. Gu. Schott. Leid. 2. Oxon. Voss. aliisque. — Voss. C. om, *rem.* — Ed. Ultr.: *rem male gesserat.* — *habebat.* Boecl. et Ax.: *habuit.* — *etiam tum his.* Sic Dan. Gu. et Ed. Ultr. — Axen.: *etiam his.* — Vulgo: *etiam cum his.* — *interim.* Sic Dan. (?) Gu. — Ax. Leid. 2. Dan. (?) Ed. Ultr.: *iterum.* — Voss. C. Ed. Long. aliae: *interim tamen.*

§. 3. *cum Marathonio.* Leid. 2. om. *cum.* — *tropaeo.* Gu. Voss. A. B. C: *trophaeo.* — *Salamina.* Sic Ax. (?) — Gu. Leid. 2. Voss. A. B. C: *Salaminam.*

Cap. VI.

§. 1. *neque minor.* Sic Gu. Axen. Voss. A. B. Ed. Ultr. —

minor in pace. Cum enim Phalerico portu neque ma- A. Ch. n. 477.
gno neque bono Athenienses uterentur, hujus consilio
triplex Piraeei portus constitutus est isque moenibus
circumdatus, ut ipsam urbem dignitate aequipararet, uti-
litate superaret. Idem muros Atheniensium restituit prae- 2
cipuo suo periculo. Namque Lacedaemonii causam ido-
neam nacti propter barbarorum excursiones, qua nega-
rent, oportere extra Peloponnesum ullam urbem habere,
ne essent loca munita, quae hostes possiderent, Athe-
nienses aedificantes prohibere sunt conati. Hoc longe 3
alio spectabat atque videri volebant. Athenienses enim
duabus victoriis, Marathonia et Salaminia, tantam gloriam
apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent La-
cedaemonii de principatu sibi cum his certamen fore;
quare eos quam infirmissimos esse volebant. Postquam 4
autem audierunt muros instrui, legatos Athenas miserunt,
qui id fieri vetarent. His praesentibus desierunt ac se
de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc lega- 5

Vulgo: *nec minor.* — Ed. Ultr. et *fuit* et *in* om. — *Phalerico.* Sic Ms. Ox. Voss. C. Ed. Ultr. — Dan. Gu. Mendos. Boecl. Voss. A. B: *Phalerico.* — Axen.: *Phalario.* — Edd. vett.: *Phalereo.* — *Piraeëi.* Gu. Voss. A: *Pirei.* — Quid ceteri? — Vulgo: *Piraei.* — *isque.* Boecl.: *Itque.*

§. 2. *Idem.* Sic Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Vulgo: *Idemque.* — *praecipuo suo periculo.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. Arg. et Basil. — Vulgo: *praecipuo periculo suo.* — *barbarorum excursiones.* Axen.: *excursiones barbarorum.* — *qua.* Lamb. et ejus seq: *quare.* — *habere.* Sic Gu. Axen. Boecl. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. atque Ald. et Lamb. antiquiores. — Cod. Leid. 2: *urbem muros habere.* — Ed. Ald. Lamb.: *haberi.* — *quae.* Leid. 2: *quam.*

§. 3. *Hoc longe alio spectabat.* Sic Ed. Ultr. — Gu.: *hoc longe animo spectabat.* — Mendos. Voss. A. C: *hoc longe animo spectabant.* — Axen.: *hoc longe aliter animo spectabant.* — Voss. B: *hoc longe spectabat.* — Ox.: *hoc longe aliter animo exspectabant.* — Leid. 2: *hoc longe aliter spectabant.* — *Lacedaemonii.* Boecl. et Ax. om. — *sibi.* Leid. 2: *sui.*

§. 4. *quam.* Boecl. et Edd. Long. et Mag. om. — *instrui.* Lamb. Steph. et aliae: *strui.*

§. 5. *praecepit: interim.* Ed. Ultr. et Long.: *praecepit, ut*

tionem suscepit Themistocles et solus primo profectus est. Reliqui legati ut tum exirent, cum satis altitudo muri exstructa videretur, praecepit: interim omnes servi atque liberi opus facerent neque ulli loco parcerent, sive sacer esset sive privatus sive publicus, et undique
6 quod idoneum ad muniendum putarent congererent. Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.

1 Cap. VII. Themistocles autem ut Lacedaemonem venit, adire ad magistratus noluit et dedit operam, ut quam longissime tempus duceret, caussam interponens se
2 collegas exspectare. Cum Lacedaemonii quererentur opus nihilominus fieri eumque in ea re conari fallere, interim reliqui legati sunt consecuti. A quibus cum audisset non multum superesse munitionis, ad ephoros Lacedaemoniorum accessit, penes quos summum erat im-

---

interim. — *sive sacer, sive privatus esset, sive publicus.* Sic Gu. Mendos. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Gif. Put. Ernst. Bavv. Leid. 1: *sive sacer esset, sive privatus, sive publicus.* — Boecl. Axen. Dan. (!) Voss. B: *sive sacer, sive profanus, sive privatus esset, sive publicus.* — *et.* Sic Codd. — Edd. quaedd.: *sed.* — *idoneum ad muniendum.* Axen.: *ad muniendum idoneum.* — *congererent.* Sic Gu. Axen. Gif. Dan. Ed. Ultr. et fortasse omnes Codd. praeter unum Leid. 2., qui cum Edd. quibusd. vett. *cogerent* habet.

Cap. VII.

§. 1. *ad magistratus.* Sic Gu. Dan. Gif. Mendos. — Ax. Boecl. Voss. B. Leid. 1. Ed. Ultr. om. *ad.* — *duceret.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. B. Ed. Ultr. — Edd. Ald. Lamb. aliae: *duceretur.* — Ms. Mendos.: *longissime tempus interponens diceret caussam, se collegas etc.* — Voss. C: *tempus: interponens caussam diceret.* — *in ea re.* Sic Gu. Dan. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Long. Ultr. — Edd. quaedd.: *ea re.*

§. 2. *legati.* Leid. 2. om. — *superesse.* Mendos. Voss. A: *superare.* — *summum erat imperium.* Sic Gu. Voss. C. Ed. Ultr. — Dan.: *imperium summum erat.* — Axen.: *summum imperium est.* — Voss. B: *imperium summum est;* in marg. *erat.* — *falsa* [his]. Ax. *his* om. — *haberetur.* Sic Gu. Dan. Ed. Ultr. Lamb. — Ax. Leid. 2. Vossiani, Boecl. alii et Edd. vett.: *adhiberetur.* — *interea etc.* Ms. Mendos.: *interea sibi detrahere reticerent.* — Voss. C: *interea sibi detrahere retinerent.*

perium, atque apud eos contendit falsa [his] esse delata:
quare aequum esse illos viros bonos nobilesque mittere,
quibus fides haberetur, qui rem explorarent: interea se
obsidem retinerent. Gestus est ei mos tresque legati 3
functi summis honoribus Athenas missi sunt. Cum his
collegas suos Themistocles jussit proficisci hisque prae-
dixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent,
quam ipse esset remissus. Hos postquam Athenas per- 4
venisse ratus est, ad magistratus senatumque Lacedae-
moniorum adiit et apud eos liberrime professus est Athe-
nienses suo consilio, quod communi jure gentium facere
possent, deosque publicos suosque patrios ac penates,
quo facilius ab hoste possent defendere, muris sepsisse
neque in eo quod inutile esset Graeciae fecisse: nam 5
illorum urbem ut propugnaculum oppositum esse bar-
baris, apud quam jam bis classes regias fecisse naufra-
gium; Lacedaemonios autem male et injuste facere, qui 6
id potius intuerentur quod ipsorum dominationi, quam
quod universae Graeciae utile esset: quare si suos le-

---

§. 3. *Gestus est.* Ax. Voss. B. om. *est.* — *functi.* Mendos.: *facti.* — *Themistocles jussit.* Voss. A: *Themistocles si jussit.* — *hisque.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *eisque.* — *ne prius.* Voss. C: *quam prius.* — *dimitterent.* Ax. Voss. B. (in quo tamen supra notatum: *dimitterent*): *remitterent.*

§. 4. *apud eos.* Leid. 2: *quos apud.* — *professus est.* Sic Dan. Gu. Ax. Savar. Ed. Ultr. — Codd. Gif. Put. Boecl. Voss. B. et pleraeque Edd. vett.: *prosecutus.* — Ms. Longol.: *prolocutus est.* — *deosque.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. B. C. — Vulgo om. *que.* — *sepsisse.* Voss. B: *sepisse.* — *in eo.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Ed. Ultr. — Mendos. Bavv. Ax. (!) Boecl. Voss. C: *eo.*

§. 5. *oppositum.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. Voss. C. — Ax. Voss. B. Ed. Long. et Ultr.: *oppositam.* — *apud quam.* Ed. Ultr.: *apud hanc.* — *classes regias fecisse.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. A. B. Ed. Long. Ultr. — Ed. Ald.: *classem regiam fecisse.* — Edd. Steph. Gebh. Keuch. Court.: *classis regia fecisset.* — Voss. C. om. *fecisse.*

§. 6. *aliter.* Sic Dan. Gu. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Ax. Boecl. Voss. B. Ed. Long.: *alias.* — *essent recepturi.* Sic omnes Codd. — Edd. recentt. om. *essent.*

gatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent, aliter illos numquam in patriam essent recepturi.
1 Cap. VIII. Tamen non effugit civium suorum invidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat
Miltiades, testularum suffragiis e civitate ejectus Argos
2 habitatum concessit. Hic cum propter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos
Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod
societatem cum rege Perse ad Graeciam opprimendam
3 fecisset. Hoc crimine absens proditionis damnatus est.
A. Ch. n. 471. Id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat,
Corcyram demigravit. Ibi cum ejus principes civitatis
animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedaemonii et Athenienses indicerent, ad Admetum Molos-
4 sorum regem, cum quo ei hospitium erat, confugit. Huc
cum venisset et in praesentia rex abesset, quo majore
religione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam arripuit et cum ea se in sacrarium, quod summa colebatur cerimonia, conjecit. Inde non prius egressus est,
quam rex eum data dextra in fidem reciperet, quam
5 praestitit. Nam cum ab Atheniensibus et Lacedaemoniis

Cap. VIII.

§. 1. *tamen.* **Edd. vett. quaedd.:** *Hic tamen.* — *civium.* **Leid. 2:** *civicorum.* — *testularum.* **Sic Gu. (Dan.?) Ax. Mendos. Sav. Leid. 1. Voss. B. C. Ed. Ultr. Long. — Ms. Gif. Put. Voss. A. ut vulgo** *testarum.*

§. 2. *propter.* **Leid. 2:** *per.* — *rege Perse.* **Sic Dan. Gu. Leid. 2. Voss. A. C. — Vulgo:** *rege Persarum.* — *fecisset.* **Ed. Long.:** *iniisset.*

§. 3. *damnatus est.* **Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Vulgo:** *est damnatus.* — *Ibi cum.* **Ax.:** *Ubi cum.* — *civitatis.* **Gu. Ax. Mendos. Leid. 2. om. — Ed. Ultr. cum cett. habet.** — *indicerent.* **Voss. A:** *inciderent;* **in marg.:** *alii indicerent.* — *Admetum.* **Gu.:** *ad Moerum Molossum regem.* — **Voss. B:** *Molossorum Admetum Molossum.* — **Ed. Ultr.:** *Molossum.* — *erat.* **Sic Dan. Gu. et Ed. Ultr. — Ax. cum aliis** *fuerat.*

§. 4. *rex abesset.* **Leid. 2:** *rerum abesset.* — *inde prius egressus non est.* **Sic Ax. Boecl. Voss. B. — Vulgo:** *inde non prius egressus est.* — *eum.* **Voss. C:** *quem.*

§. 5. *Atheniensibus et Lacedaemoniis.* **Ax.:** *Lacedaemoniis et*

exposceretur publice, supplicem non prodidit monuitque, ut consuleret sibi; difficile enim esse in tam propinquo loco tuto eum versari. Itaque Pydnam eum deduci jussit et quod satis esset praesidii dedit. Hic in navem 6
omnibus ignotus nautis adscendit; quae cum tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus domino navis quis sit aperit multa pollicens, si se conservasset. At ille 7
clarissimi viri captus misericordia diem noctemque procul ab insula in salo navem tenuit in ancoris neque quemquam ex ea exire passus est. Inde Ephesum pervenit ibique Themistoclem exponit; cui ille pro meritis postea gratiam retulit.

Cap. IX. Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem 1
Xerxe regnante in Asiam transisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo, quod aetate proximus de his, qui illorum temporum historiam reliquerunt et ejusdem civitatis fuit. Is autem ait ad Artaxerxem eum venisse atque his

---

Atheniensibus. — Ax. Voss. B. om. *ab.* — *monuitque.* Ax. om. *que.* — *Pydnam.* Dan. Leid. 2: *Phydnam.* — Gu. Voss. A. C: *Phidnam.* — Ax.: *Fidnam.*

§. 6. *nautis.* Voss. C. om. — *ascendit.* Sic Ax. Voss. B. — Dan. Voss. A: *escendit.* — Gu. Voss. C: *exscendit.* — Ed. Ultr.: *conscendit.* — *ferretur.* Leid. 2: *fertur.* — *tum Atheniensium.* Ax.: *Atheniensium tum.* — *quis sit.* Sic Ed. Ultr. — Gu. Dan. Ax. Boecl. Voss. B. C: *qui sit.* — *Themistoclem.* Gu.: *Themistoclen.* — *postea gratiam.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *gratiam postea.*

Cap. IX.

§. 1. *Themistoclem.* Gu.: *Themistoclen.* — *Xerxe regnante.* Ax. Ernst. Ox. Ms. Sciop.: *ad Xerxem regnantem.* — *transisse.* Sic Gu. Bav. Ax. Ed. Long. — Ms. Ernst. et quaedd. Edd.: *transiisse.* — Ms. Ox.: *misisse.* — *quod.* Sic Dan. Ernst. Leid. 1. Ed. Ultr. — Gu. Ax. Bav.: *qui.* — *de his.* Sic Gu. Dan. Ax. Leid. 1. — Ernst. Bav.: *ab his.* — Mendos. Voss. A.: *proximus erat iis.* — Voss. C: *proximus et is.* — Boecl.: *proximus erat his,* a pr. m.; sed alia *his* deleverat. — Ed. Ultr.: *quod aetate proximus erat.* — *Artaxerxem.* Gu.: *Artaxerxen.*

2 verbis epistolam misisse: Themistocles veni ad te, qui plurima mala hominum Grajorum in domum tuam intuli, quamdiu mihi necesse fuit adversus patrem tuum bellare
3 patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci, postquam in tuto ipse, et ille in periculo esse coepit. Nam cum in Asiam reverti vellet proelio apud Salamina facto litteris eum certiorem feci, id agi ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur atque ab hostibus circumiretur. Quo nuntio ille periculo est libera-
4 tus. Nunc autem confugi ad te exagitatus a cuncta Graecia, tuam petens amicitiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. Ea autem rogo, ut de his rebus, quas tecum colloqui volo, annuum mihi tempus des eoque transacto ad te venire patiaris.

1 Cap. X. Hujus rex animi magnitudinem admirans cupiensque talem virum sibi conciliari veniam dedit. Ille

---

§. 2. *hominum Grajorum.* Sic Gu. Voss. A. C. — Vulgo: *omnium Grajorum.* — *quamdiu.* Sic Dan. Ed. Ultr. — Ax. Boecl. *quod.* — Vulgo: *cum.* — *adversus.* Sic Gu. Ed. Ultr. omnesque ante Bos.; qui ex Dan. *adversum* dedit. — *tuum.* Leid. 2 om.

§. 3. *bona feci.* Axen.: *orsus feci.* — Ms. Bav.: *orsus fui.* — *ipse.* Ed. Long. Mag. aliae: *ipse ego.* — *vellet.* Ms. Mendos.: *nollet.* — *Salamina.* Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C: *Salaminam.* — *circumiretur.* Sic Dan. (?) Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. — Edd. nonnullae: *circuiretur.* — Ed. Long. Steph.: *circumveniretur.*

§. 4. *Nunc autem confugi ad te.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Edd. plurimae: *Nunc autem ad te confugi.* — *ea autem.* Leid. 2: *id autem.* — *de his.* Leid. 2. om. *de.* — *quas.* Sic Gu. Ax. Bavv. Mendos. Voss. A. B. C. — Ed. Lamb.: *de quibus.* — *annuum mihi tempus.* Sic Dan. Gu. Bavv. Gif. Leid. 2. Ed. Ultr. — Put.: *annuum mihi temporis spatium.* — Ax.: *annuum mihi temporis,* ita tamen, ut aliquis extremam partem *temporis* rasura delere tentarit. Ms. Bav. Voss. B. (?) Edd. vett.: *annum mihi temporis.* — *ad te.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. B. C. et Edd. ante Lamb. qui *me ad te* scripsit.

Cap. X.

§. 1. *admirans.* Boecl. et Voss. B: *admiratus.* — *cupiensque.* Leid. 2. om. *que.* — *sibi.* Leid. 2. om. — *dedit.* Gu. Leid. 2. Voss. A. C: *se dedidit.* — Ax.: *se dedit.* — *quam ii.* Gu.: *hii.* — Vulgo: *hi.*

omne illud tempus litteris sermonique Persarum dedit; quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisse, quam ii poterant, qui in Perside erant nati. Hic cum multa regi esset pollicitus gra- 2
tissimumque illud, si suis uti consiliis vellet, illum Graeciam bello oppressurum, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit domiciliumque Magnesiae sibi constituit. Namque hanc urbem ei Rex donarat, hisque 3
verbis, quae ei panem praeberet; ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant; Lampsacum autem, unde vinum sumeret; Myunta, ex qua opsonium haberet. Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo: sepulcrum prope oppidum, in quo est sepultus; statuae A. Ch. n. 466.
in foro Magnesiae. De cujus morte multis modis apud 4
plerosque scriptum est; sed nos eumdem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiae morbo mortuum neque negat fuisse famam, venenum sua sponte sumsisse, cum se, quae Regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare posse desperaret. Idem ossa ejus clam in Attica ab amicis sepulta, quon- 5
iam legibus non concederetur, quod proditionis esset damnatus, memoriae prodidit.

---

§. 2. *regi esset.* Ed. Ultr.: *esset regi.* — *domiciliumque.* Voss. C. om. *que.* — *Magnesiae.* Leid. 2: *Maganen.*

§. 3. *hisque verbis.* Mss. Mag. et Edd. quaedd.: *donarat cum duabus aliis his usus verbis;* tamen verba *cum duabus aliis* ab optimis libris absunt. — Ed. pr. et cett. vett.: *his usus verbis.* — Gu. Leid. 2: *hisque verbis;* Dan. et Ax.: *que* per compendium reddunt. — *quinquaginta talenta.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 1. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. qui *quinquaginta ei talenta* dedit. — *Lampsacum autem.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. B. — Ed. Ultr. om. *autem.* — Ed. Long.: *Lampsacum item.* — *Myunta.* Gu. Voss. A. C: *Myntam.* — Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. B: *Smyrnam.* — Ed. Ultr.: *Myuntem.* — Voss. C: *statuat vero* pro *statuae in foro.* — *Magnesiae.* Leid. 2: *Magnensiae.*

§. 4. *multis modis.* Sic Leid. 2. et Ed. Ultr. — Ax.: *in multis modis.* — Dan. Gu. Gif. Put. Sav. Voss. A: *multimodis.* — *scriptum est.* Voss. C. om. *est.* — *eundem.* Ax. Boecl. Voss. B: *eum.* — *obtinenda.* Sic Ax. et Voss. B. — Ceteri: *opprimenda.*

§. 5. *clam in Attica.* Ax.: *in Attica clam.*

III. ARISTIDES.

Argumentum.

Cap. I. *Aemulus Themistoclis, multatur exsilio.* II. *Ante tempus revocatur; praetor contra Mardonium; imperium Atheniensibus conciliat.* III. *Aerario praeest; pauper moritur.*

1 Cap. I. *Aristides,* Lysimachi filius, Atheniensis aequalis fere fuit Themistocli. Itaque cum eo de principatu contendit; namque obtrectarunt inter se. In his
2 autem cognitum est quanto antestaret eloquentia innocentiae. Quamquam enim adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus post hominum memoriam, quod quidem nos audierimus, cognomine *Justus* sit appellatus, tamen a Themistocle collabefactus testula illa exsilio decem
3 annorum multatus est. Qui quidem cum intelligeret re-
A. Ch. n. 483. primi concitatam multitudinem non posse cedensque animadvertisset quemdam scribentem, ut patria pelleretur, quaesisse ab eo dicitur, quare id faceret aut quid Aristides commisisset, cur tanta poena dignus duceretur?
4 Cui ille respondit se ignorare Aristidem, sed sibi non placere, quod tam cupide elaborasset, ut praeter ceteros

---

Aristides.

Cap. I.

§. 1. *de principatu.* Voss. C. om. *de.* — *obtrectarunt.* Leid. 2: *obtractarunt.*

§. 2. *antestaret.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Leid. 2: *constaret.* — Lamb.: *antistaret.* — *quamquam.* Dan.: *cumcum* addita glossa *pro quamquam.* — Gu.: *cumcum* et supra scriptum *quamquam.* — *quod quidem nos audierimus.* Sic Gu. Voss. A. Ed. Ultr. — Dan.: *quae quidem nos etc.* — Ax.: *quem quidem audierimus.* — Leid. 2: *quam quidem audiemus.* — Voss. B: *quidem nos audierimus.* Sed in marg. al. m. *quod.* — *exsilio.* Lamb. *exsulio* ubique.

§. 3. *cedensque.* Sic codd.; Ed. Paris. Ald.: *sedensque.* — *animadvertisset.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. Voss. C. — Ceteri ut vulgo: *animadverteret.* — *pelleretur.* Leid. 2: *expelleretur.*

§ 4. *Aristidem.* Gu.: *Aristiden.* — *tam cupide.* Sic Dan. Gu. Gif. Mendos. Leid. 1. Bavv. Voss. A. C. — Ax. Boecl. Voss. B: *ita cupide.* — Ed. Ultr. cum vett. Edd. om. *tam.*

justus appellaretur. Hic decem annorum legitimam poe- 5
nam non pertulit. Nam postquam Xerxes in Graeciam
descendit, sexto fere anno, quam erat expulsus, populi
scito in patriam restitutus est.

Cap. II. Interfuit autem pugnae navali apud Sala- 1
mina, quae facta est prius, quam poena liberaretur. Idem
praetor fuit Atheniensium apud Plataeas in proelio, quo
Mardonius fusus barbarorumque exercitus interfectus est.
Neque aliud est ullum hujus in re militari illustre factum 2
quam hujus imperii memoria; justitiae vero et aequitatis
et innocentiae multa: in primis quod ejus aequitate fa-
ctum est, cum in communi classe esset Graeciae simul
cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut
summa imperii maritimi ab Lacedaemoniis transferretur
ad Athenienses; namque ante id tempus et mari et terra 3
duces erant Lacedaemonii. Tum autem et intemperantia
Pausaniae et justitia factum est Aristidis, ut omnes fere
civitates Graeciae ad Atheniensium societatem se appli-
carent et adversus barbaros hos duces deligerent sibi.

Cap. III. Quos quo facilius repellerent, si forte bel- 1
lum renovare conarentur, ad classes aedificandas exer-

---

§. 5. *anno quam erat*. Sic Gu. Ax. Boecl. Mendos. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Lamb.: *anno post quam erat*. — *populi scito*. Sic Dan. Gu. Leid. 1. — Ax. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr.: *plebiscito*. — Voss. B: *plebescito*.

Cap. II.

§. 1. *Salamina*. Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C: *Salaminam*. — *priusquam*. Voss. C. om. — *interfectus est*. Sic Codd. — Ed. Ultr. aliae om. *est*. — Lamb.: *est interfectus*.

§. 2. *aliud*. Ax.: *illud*. — *ab Lacedaemoniis*. Sic Dan. Gu. Ax. — Ed. Ultr. aliae: *a Lacedaemoniis*.

§. 3. *ante id*. Leid. 2: *id ante id*. — *Tum*. Leid. 2: *tunc*. — *et intemperantia*. Voss. C. om. *et*. — *deligerent*. Voss. C: *diligerent*. — Ax.: *delegerent*.

Cap. III.

§. 1. *Quos quo*. Sic Dan. Longol. Gu. Ax. Leid. 1. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Aliae edd.: *quo facilius etc.* et a verbis: *ad classes aedificandas* novum caput incipiunt. — *ejusque*. Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr. aliae om. *que*. —

citusque comparandos quantum pecuniae quaeque civitas daret Aristides delectus est qui constitueret ejusque arbitrio quadringena et sexagena talenta quotannis Delum sunt collata. Id enim commune aerarium esse voluerunt. Quae omnis pecunia postero tempore Athenas translata
2 est. Hic qua fuerit abstinentia nullum est certius indicium, quam quod, cum tantis rebus praefuisset, in tanta
3 paupertate decessit, ut qui efferretur vix reliquerit. Quo factum [est], ut filiae ejus publice alerentur et de com-
A. Ch. n. 467. muni aerario dotibus datis collocarentur. Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus.

IV. PAUSANIAS.

Argumentum.

Cap. I. *Pugna ad Plataeas.* II. *Byzantium expugnat, Xerxi favet, Graeciae futurus proditor.* III. *Peregre absentis mores et carcer.* IV. *Literarum commercium cum hoste; perturbatus se ipse indicat.* V. *In aede Minervae obstruitur et mox interit.*

1 Cap. I. *Pausanias* Lacedaemonius magnus homo, sed varius in omni genere vitae fuit. Nam ut virtutibus

---

quadringena et sexagena. Sic Dan. Gu. Gif. Mendos. Boecl. — Leid. 1: *quadragena et sexagena.* — Ax.: *quadragena sexaginta* (Heusingerus et Fischerus falsa enarrant). — Voss. B: *quadringenta et sexagena,* in marg. ab al. man.: *sexaginta.* — Ed. Ultr. et Lamb.: *quadringenta et sexaginta.* — *Delum.* Voss. C: *in bellum.* — *postero tempore.* Gu.: *postero die tempore.*

§. 2. *qua.* Voss. A. om. — *certius indicium.* Ax.: *indicium certius.* — Voss. B: *certius indicium majusque.* — *quam quod.* Gu. Ax. Leid. 2. Voss. C. Ed. Ultr. aliae vett. om. *quod.* — *qui efferretur.* Sic Gu. Dan. Ed. Ultr. — Ax.: *quo qui efferretur.* — Edd. vett. quaedd.: *quibus efferretur.*

§. 3. *quo factum [est].* Gu. Voss. A. om. *est.* — *publice.* Leid. 2. teste Staver.: *aut publice;* — Fischero autem teste: *aut filias,* quod verisimilius. — Voss. C: *filias.*

Pausanias.

Cap. I.

§. 1. *vitae.* Ms. Mendos. om. — *virtutibus eluxit.* Ax.: *eluxit virtutibus.*

eluxit, sic vitiis est obrutus. Hujus illustrissimum est 2
proelium apud Plataeas. Namque illo duce Mardonius, A. Ch. n. 479.
satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis
omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus cum
ducentis millibus peditum, quos viritim legerat, et viginti
equitum haud ita magna manu Graeciae fugatus est eo-
que ipse dux cecidit proelio. Qua victoria elatus plu- 3
rima miscere coepit et majora concupiscere. Sed pri-
mum in eo est reprehensus, quod ex praeda tripodem
aureum Delphis posuisset epigrammate scripto, in quo
haec erat sententia: *Suo Ductu barbaros apud
Plataeas esse deletos ejusque victoriae ergo
Apollini donum dedisse.* Hoc versus Lacedaemo- 4
nii exsculpserunt neque aliud scripserunt quam nomina
earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi.

Cap. II. Post id proelium eumdem Pausaniam cum 1
classe communi Cyprum atque Hellespontum miserunt, A. Ch. n. 477.
ut ex his regionibus barbarorum praesidia depelleret.
Pari felicitate in ea re usus elatius se gerere coepit 2

---

§. 2. *illustrissimum.* Gu. Voss. A: *industrissimum.* — Ax.: *est illustrissimum.* — *Mardonius.* Voss. C: *Maradonius.* — *cum ducentis millibus.* Leid. 2: *cum VII millibus.* — Voss. C: *c. c. millibus.* — *viginti equitum.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. B. Leid. 2. — Ed. Ultr. ut vulgo: *viginti millibus.* — *Graeciae.* Sic Leid. 2. Voss. B. — Gu. Ax. (?) Ed. Ultr.: *Graecia.*

§. 3. *in eo est reprehensus.* Voss. C: *in eo cum reprehensus.* — *quod.* Sic Boecl. Ed. Ultr. — Dan. (?) Gu. Ax. (?) Voss. C. et Edd. ante Boecler.: *quod cum.* — *haec sententia erat.* Sic Ax. Voss. B. — Gu.: *haec erat sententia.* — Vulgo: *erat haec sententia.*

§. 4. *exsculpserunt.* Sic Codd. praeter Voss. C. qui habet *expulserunt.* — Edd. quaedd. vett.: *exscalpserunt.* — *scripserunt.* Voss. C. om. — *civitatum.* Ed. Ultr.: *civitatium.*

Cap. II.

§. 1. *ex his.* Ax.: *ex iis.*

§. 2. *elatius se gerere.* Voss. A: *elatius gerere.* — *Byzantio.* Leid. 2: *Curantio.* — *complures.* Leid. 2: *quem plures.* — Voss. C: *quam plures.* — *regis.* Voss. C: *regi.* — *vinculis publicis.* Leid. 2: *publicis vinculis*, omisso *ea.* — *cum his.* Ax.: *in iis.* — *Gongylum Eretriensem.* Sic Ed. Ultr. — Dan. Gu. Leid. 2: *Gongulum Ere-*

majoresque appetere res. Nam cum Byzantio expugnato cepisset complures Persarum nobiles atque in his nonnullos regis propinquos, hos clam Xerxi remisit simulans ex vinculis publicis effugisse, et cum his Gongylum Eretriensem, qui literas regi redderet, in quibus haec fuisse
3 scripta Thucydides memoriae prodidit: *Pausanias dux Spartae quos Byzantii ceperat postquam propinquos tuos cognovit tibi muneri misit seque tecum affinitate conjungi cupit: quare, si tibi videtur, des ei filiam*
4 *tuam nuptum. Id si feceris, et Spartam et ceteram Graeciam sub tuam potestatem se adjuvante redacturum pollicetur. His de rebus si quid geri volueris, certum hominem ad eum mittas face, cum quo collo-*
5 *quatur*. Rex tot hominum salute tam sibi necessariorum magnopere gavisus confestim cum epistola Artabazum ad Pausaniam mittit, in qua eum collaudat ac petit, ne cui rei parcat ad ea efficienda, quae pollicetur. Si perfece-
6 rit, nullius rei a se repulsam laturum. Hujus Pausanias

---

triensem. — Ax. Leid. 1. Voss. B. C: *cretensem.* — Voss. A: *Gongulium.* — Voss. C: *Gongulum.*

§. 3. *Byzantii.* Dan. Leid. (1.? 2.?): *Byzanti.* — Gu.: *Bisanti.* — *tibi muneri.* Voss. C: *ut muneri.* — Leid. (1.? 2.?): *se tecum.*

§. 4. *Spartam.* Ed. Ultr. cum aliis vett.: *Sparten.* — *sub tuam potestatem.* Ax.: *potestatem sub tuam.* — Leid. 2: *sub sua potestate.* — *se adjuvante redacturum.* Sic Dan. *(reducturum)* Gu. Ax. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — *te adjuvante redacturum se* dederunt Mag. Long. — *His de rebus.* Sic Gu. Mendos. Leid. 1. Ed. Ultr. — Ax. Voss. B: *hisque de rebus.* — Longol. et Lamb.: *Horum igitur.* — *volueris.* Voss. A: *nolueris.* — *colloquatur.* Leid. 2: *loquatur.*

§. 5. *tot.* Mendos. et Voss. C. om. — *necessariorum.* Leid. 2: *necessarium.* — *Artabazum.* Voss. A: *Artabazum. al. Artabarem.* — Voss. B. Ax.: *Artabarem.* — Voss. C: *Arthabaecum.* — *ac petit.* Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. B. C. Ed. Ultr. aliae om. *ac;* Ed. Lamb. particulam habet. — *perficienda.* Dan. Gu. Voss. B. Ed. Ultr.: *efficienda.* — *pollicetur.* Ed. Ultr.: *pollicerctur.* — *perfecerit.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *fecerit.* — *laturum.* Ax.: *accepturum.*

§. 6. *in quo facto.* Ed. Ultr.: *quo facto*!

voluntate cognita alacrior ad rem gerendam factus in suspicionem cecidit Lacedaemoniorum. In quo facto domum revocatus accusatus capitis absolvitur; multatur tamen pecunia. Quam ob caussam ad classem remissus non est.

Cap. III. At ille post non multo sua sponte ad exer- 1
citum rediit et ibi non callida, sed dementi ratione cogi-
tata patefecit. Non enim mores patrios solum, sed etiam
cultum vestitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, 2
veste Medica, satellites Medi et Aegyptii sequebantur,
epulabatur more Persarum luxuriosius, quam qui aderant 3
perpeti possent; aditum petentibus conveniundi non da-
bat, superbe respondebat, crudeliter imperabat; Spartam
redire nolebat. Colonas, qui locus in agro Troade est,
se contulerat. Ibi consilia cum patriae tum sibi inimica
capiebat. Id postquam Lacedaemonii rescierunt, legatos 4
ad eum cum scytala miserunt, in qua more illorum erat
scriptum, *nisi domum reverteretur, se capitis eum da-
mnaturos.* Hoc nuntio commotus sperans se etiam pe- 5

Cap. III.

§. 1. *callida.* Voss. A: *calida.* — *ratione.* Longol. et aliae edd.: *oratione.* — *cogitata.* Sic Gu. Ed. Ultr. Lamb. — Ms. Dan.: *cognata.* — Ax. Mendos. Sav. Gif. Put. Ox. Leid. 2. Voss. A. B. C: *cognita.*

§. 2. *conveniundi.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. — Vulgo: *conveniendi.* — *non.* Ed. Longol. om.

§. 3. *crudeliter.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *et crudeliter.* — *Colonas.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Ed. Bos.: *Golonas.* — *Troadis.* Sic Ax. Boecl. — Gu. Mss. Staver. Ed. Ultr.: *Troade.* — *cum patriae.* Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr.: *tum patriae.*

§. 4. *rescierunt.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Vulgo: *resciverunt.* — *scytala.* Sic Ed. Ultr. — Dan. Gif. Mendos.: *lava.* — Gu. Leid. 2. Voss. A. B. C. Savar. Put.: *lana.* — Ax. Boecl. Ox.: *lancea.*

§. 5. *commotus.* Sic Gu. Ax. Savar. Gif. Put. Voss. B. — Ed. Ultr. aliae: *motus.* — *etiam tum.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Ax. Leid. 2. Voss. A. B: *etiam cum.* — *rediit.* Leid. 2. Voss. A. B: *redit.* — *ab ephoris.* Voss. C: *ad ephoros.* — *est conjectus.* Sic Gu.

cunia et potentia instans periculum posse depellere, domum rediit. Huc ut venit, ab ephoris in vincula publica est conjectus. Licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere regi. Hinc tamen se expedivit neque eo magis carebat suspicione. Nam opinio manebat eum
6 cum rege habere societatem. Est genus quoddam hominum, quod *Ilotae* vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit servorumque munere fungitur; hos quoque sollicitare spe libertatis existimabatur.
7 Sed quod harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui posset, non putabant de tali tamque claro viro suspicionibus oportere judicari, et exspectandum, dum se ipsa res aperiret.

1 Cap. IV. Interim Argilius quidam adolescentulus, quem puerum Pausanias amore Venerio dilexerat, cum epistolam ab eo ad Artabazum acceptisset eique in suspicionem venisset aliquid in ea de se esse scriptum, quod nemo eorum redisset, qui super tali caussa eodem missi erant, vincula epistolae laxavit signoque detracto
2 cognovit, si pertulisset, sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola quae ad ea pertinebant, quae inter regem
3 Pausaniamque convenerant. Has ille litteras ephoris tra-

Ax. — Vulgo: *conjectus est.* — *hoc facere.* Ed. Ultr.: *haec facere.* — Leid. 2: *hoc facere quod regi.*

§. 6. *Ilotae.* Dan.: *illotae.* — Gu. Ax. Voss. B. C: *illote.* — Boecl.: *ilote.* — Voss. A: *Elote.* — Leid. 2: *ullote.*

§. 7. *tamque claro viro.* Ax. Voss. B: *tamque viro claro.* — *judicari.* Voss. C: *judicare.* — *et exspectandum.* Sic Codd. et Edd. ante Lamb., qui *sed* scripsit.

Cap. IV.

§. 1. *Venereo.* Dan. Gu.: *Venerio.* — Voss. C: *Venero.* — *redisset.* Sic Gu. — Vulgo: *rediisset.* — *super tali caussa eodem.* Ax.: *super eodem tali caussa.* — *laxavit.* Sic Gu. Dan. (?) Thott. Leid. 2. Voss. A. C. et B. in marg. a. m. sec. Ed. Ultr. — Boecl. Ernst. Bavv. Ax. Voss. B: *laceravit.* — *si pertulisset.* Bavv. om.

§. 2. *Erant in eadem epistola, quae ad ea pertinebant.* Leid. 2. om.

§. 3. *indicasset.* Dan. Gu.: *judicasset.*

didit. Non est praetereunda gravitas Lacedaemoniorum
hoc loco. Nam ne hujus quidem indicio impulsi sunt,
ut Pausaniam comprehenderent, neque prius vim adhi-
bendam putaverunt, quam se ipse indicasset. Itaque huic
indici quid fieri vellent praeceperunt. Fanum Neptuni 4
est Taenari, quod violari nefas putant Graeci. Eo ille
index confugit in araque consedit. Hanc juxta locum
fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid
loqueretur cum Argilio. Huc ex ephoris quidam descen- 5
derunt. Pausanias ut audivit Argilium confugisse in aram,
perturbatus venit eo. Quem cum supplicem Dei videret
in ara sedentem, quaerit caussae quid sit tam repentino
consilio. Huic ille quid ex litteris comperisset aperit.
Modo magis Pausanias perturbatus orare coepit, ne enun- 6
tiaret nec se meritum de illo optimo proderet. Quod
si eam veniam sibi dedisset tantisque implicatum rebus
sublevasset, magno ei praemio futurum.

Cap. V. His rebus ephori cognitis satius putarunt 1
in urbe eum comprehendi. Quo cum essent profecti et

---

§. 4. *Fanum.* Voss. C: *Vanum.* — *araque.* Sic Dan. Leid. 2. Ed. Ultr. — Vulgo om. *que.* — *si quis quid.* Ax.: *si quis aliquid.*

§. 5. *perturbatus venit eo.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. editi. — Mendos. Voss. C. om. *perturbatus.* — Vulgo: *perturbatus eo venit.* — *repentino consilio.* Sic Dan. Leid. 2. — Gu.: *repentini consilii* et supra scriptum *t o. o.* — Ax.: *repentini consilii.* — Ed. Ultr.: *repentini consilii* et in marg.: *Al. repentino consilio.*

§. 6. *Modo.* Sic Mendos. Gu. duo Bavv. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Boecl.: *mo.* — Ax.: *mo non.* — *Pausanias.* Voss. C. om. — *enuntiaret.* Sic Dan. Gu. Ax. unus Bav. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *nuntiaret.* — *implicatum.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 2. Voss. B. C. Ed. Ultr. — Edd. aliae: *implicitum.* — *magno ei praemio.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Ed. pr. Arg. Long.: *magnoque ei praemio futurum.* — Utraque Paris. et Ald.: *magno se ei praemio futurum.*

Cap. V.

§. 1. *putarunt.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Vulgo: *putaverunt.* — *ut comprehenderetur.* Ax.: *ut jam comprehenderetur.* — *ex vultu.* Sic Gu. Ax. Voss. C. Ed. Ultr. — Voss. B: *et ex vultu.* — *admoneri.* Sic Leid. 1. Ax. Boecl. Voss. B. C. Ed. Ultr.

Pausanias placato Argilio, ut putabat, Lacedaemonem re-
verteretur, in itinere, cum jam in eo esset, ut compre-
henderetur, ex vultu cujusdam ephori, qui eum admoneri
2 cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis ante
gradibus, quam qui sequebantur, in aedem Minervae,
quae χαλκίοικος vocatur, confugit. Hinc ne exire posset,
statim ephori valvas ejus aedis obstruxerunt tectumque
3 sunt demoliti, quo celerius sub divo interiret. Dicitur eo
tempore matrem Pausaniae vixisse eamque jam magno
natu, postquam de scelere filii comperit, in primis ad
filium claudendum lapidem ad introitum aedis attulisse.
4 Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte macu-
lavit. Hic cum semianimis de templo elatus esset, con-
5 festim animam efflavit. Cujus mortui corpus cum eodem
nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi, qui ad suppli-
cium essent dati, displicuit pluribus et procul ab eo loco
infoderunt, in quo erat mortuus. Inde posterius Del-
phici responso erutus atque eodem loco sepultus, ubi
vitam posuerat.

— Dan. Leid. 2: *ammoneri.* — Ox.: *amoveri.* — Gu. ut vulgo: *admonere.*

§. 2. χαλκίοικος. Sic Voss. B. Ed. Ultr. — Gu. Voss. A: *Calchidicos.* — Dan. Leid. 2: *Chalcidicos.* — Voss. C: *Chalcidicus.* — Ax.: *Chalcioecus* a manu seriore insitum spatio, quod codicis librarius vacuum reliquerat. — *ejus aedis.* Ax. Leid. om. *ejus.* — *celerius.* Sic Gu. Ax. Leid. 1. Ernst. unus Bav. Voss. A. B. (in marg. autem *facilius*) C. Ed. Ultr. — Vulgo: *facilius.* — *sub divo.* Sic Gu. Ax. Mendos. Gif. — Ed. Ultr.: *sub dio.*

§. 3. *magno natu.* Voss. A. om. *magno.* — Mendos.: *magno metu.*

§. 4. *semianimis.* Ax.: *semianimus.* — *de templo.* Ed. Ultr.: *e templo.*

§. 5. *inferri.* Ax.: *inferre.* — *Delphici.* Sic Gu. Ax. Boecl. Leid. 1. 2. Ms. Bav. Voss. B. C. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. editi. — Edd. quaedd.: *dei delphici.* — *eodem loco.* Sic Dan. Gu. Ax. Bav. Ed. Ultr. — Edd. ante Lamb. *eodem* om. — Lamb.: *in eo loco.* — *vitam.* Gif.: *ut.* — *posuerat.* Sic Dan. Gu. Mendos. Leid. 1. 2. Gif. Ax. Bav. Ox. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *finierat.*

V. CIMON.

Argumentum.

Cap. I. *Heres paternorum vinculorum, ab uxore liberatur.* **II.** *Ejus virtutes et res gestae: Persas eodem die navali et terrestri proelio vincit.* **III.** *Ostracismo ejicitur. Revocatus pacem cum Lacedaemoniis conciliat· Citii moritur.* **IV.** *Cimonis encomium.*

Cap. I. *Cimon,* Miltiadis filius, Atheniensis duro ad- 1
modum initio usus est adolescentiae. Nam cum pater A. Ch. n. 489.
ejus litem aestimatam populo solvere non potuisset ob eamque caussam in vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodia tenebatur neque legibus Atheniensibus emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater multatus erat, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem ger- 2
manam suam nomine Elpinicen non magis amore, quam more ductus. Namque Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias qui- 3
dam non tam generosus quam pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is cum talem conditionem adspernare- 4

Cimon.

Cap. I.

§. 1. *Cimon.* **Ax.:** *Cumon.* — **Voss. B:** *Cymon.* — *duro.* **Sic Dan. Gu. Mendos. Sav. Gif. Put. Ed. Ultr. — Ed. Longol. aliae:** *diro.* — *in vinculis.* **Voss. A.** *in* **om. —** *Atheniensibus.* **Sic Gu. Voss. A. B. C. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax.:** *Atheniensium.* — *multatus erat.* **Sic Gu. Ax. Boecl. Ed. Ultr. — Leid. 2:** *mulctatus fuerat.* — **Edd.:** *multatus esset.* — *solvisset.* **Leid. 2:** *solveret.*

§. 2. *nomine.* **Sic Dan. Gu. Ax. etc. — Ed. Ultr. Long. aliae om. —** *Elpinicen.* **Dan. Leid. 1:** *Helpicenem.* — **Voss. A. B:** *Helpinice.* — **Voss. C:** *Helpicene.* — **Gu.:** *Delphicenem* **et infra** *Helpicene.* — *more.* **Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Mendos. Leid. 1. 2. Boecl. Ox. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Edd. vett.:** *mare patrio.* — **Aliae:** *patrio more.* — *Namque.* **Sic Dan. Ed. Ultr. — Vulgo:** *nam.*

§. 3. *cum Cimone.* **Leid. 2.** *cum* **om.**

§. 4. *aspernaretur.* **Leid. 2:** *aspernatur.* — **Voss. C:** *aspernarent.* — *quoniam prohibere etc.* **Sic Gu. Boecl. Leid. 2. Voss. A.**

tur, Elpinice negavit se passuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam prohibere posset, seque Calliae nupturam, si ea, quae polliceretur, praestitisset.

1 Cap. II. Tali modo custodia liberatus Cimon celeriter ad principatum pervenit. Habebat enim satis eloquentiae, summam liberalitatem, magnam prudentiam cum juris civilis tum rei militaris, quod cum patre a puero in exercitibus fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum in sua tenuit potestate et apud exercitum plu-
2 rimum valuit auctoritate. Primum imperator apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugavit, oppidum Amphipolin constituit eoque decem millia Atheniensium in coloniam misit. Idem iterum apud Mycalen Cypriorum et Phoenicum ducentarum navium classem devictam ce-
3 pit eodemque die pari fortuna in terra usus est. Nam
A. Ch. n. 470. hostium navibus captis statim ex classe copias suas eduxit barbarorumque maximam vim uno concursu prostra-
4 vit. Qua victoria magna praeda potitus cum domum reverteretur, quod jam nonnullae insulae propter acerbitatem imperii defecerant, bene animatas confirmavit, alienatas

---

B. C. Ed. Ultr. — Ax.: *quando prohibere posset seque Calliae etc.* — Ed. Lamb. aliae: *quoniamque prohibere posset se Calliae etc.*

Cap. II.

§. 1. *satis eloquentiae.* Leid. 2: *eloquentiae satis.* — Voss. C: *habebat tum satis etc.* — *cum juris.* Gu. Ax. Leid. 2. Voss. B. Ed. Ultr.: *tum juris.* — Voss. C: *cum juris.* — *tum rei.* Voss. C. Leid. 1. (?): *cum rei.* — *exercitibus.* Sic Dan. Gu. Gif. — Ax. Leid. 2. alii, Ed. Ultr.: *exercitu.*

§. 2. *eoque.* Leid. 2: *eoque exercitu.* — *millia.* Dan. om.

§. 3. *Mycalen.* Gu. Ax.: *Micalen.* — Leid. 2. Voss. A. C: *Mychalen.* — Ms. Thott.: *Michalen.* — *Cypriorum.* Ax. Mendos. Gif. Leid. 2. Voss. 3: *Cyprorum.* — *devictam.* Voss. B: *deviactam.* — *in terra.* Leid. 2. Voss. 3. om. — *nam.* Sic Leid. 2. — Ceteri ut vulgo: *namque.* — *captis.* Voss. C: *capti.* — *barbarorumque.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. *(barborumque)* Ed. Ultr. Long. — Vulgo: *barbarorum uno concursu maximam vim prostravit.*

§. 4. *bene animatas confirmavit.* Ms. Ox. om.

ad officium redire coegit. Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, quod contumacius se gesserant, vacuefecit, sessores veteres urbe insulaque ejecit, agros civibus divisit; Thasios opulentiâ fretos suo adventu fregit. His ex manubiis arx Athenarum, qua ad meridiem vergit, est ornata. 5

A. Ch. n. 464.

Cap. III. Quibus rebus cum unus in civitate maxime floreret, incidit in eamdem invidiam, quam pater suus ceterique Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis, quod illi ὀστρακισμόν vocant, decem annorum exsilio multatus est. 1

A. Ch. n. 460.

Cujus facti celerius Athenienses quam ipsum poenituit. Nam cum ille animo forti invidiae ingratorum civium cessisset bellumque Lacedaemonii Atheniensibus indixissent, confestim notae ejus virtutis desiderium consecutum est. 2

Itaque post annum quintum quam expulsus erat in patriam revocatus est. Ille, quod hospitio Lace- 3

---

§. 5. *Scyrum.* Dan Gu. Gif. Mendos. Voss. A. C: *Cyprum.* — *gesserant.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. R. Ed. Ultr. — Edd. quaedd.: *gesserat.* — *Thasios.* Voss. C: *et Thracias.* — *His ex manubiis.* Sic Gu. alii. — Leid. 2: *His ex manibus.* — Ed. Ultr. aliae: *His ex navibus.* — Ed. pr. Paris. utraque, Ald. Long. Mag. Lamb.: *His e manubiis.* — *arx Athenarum.* Sic Dan. Gu. Ax. Edd. Arg. Long. Mag. Ultr. — Vulgo: *Athenarum arx.* — *qua.* Sic Gu. — Ax. Boecl. Voss. A. B. C: *quae.* — Leid. 2: *que.* — *vergit.* Ax.: *pertinet.*

Cap. III.

§. 1. *quam.* Sic Gu. Gif. Ed. Ultr. — Ax. Boecl. Voss. B: *in quam.* — ὀστρακισμόν. Sic Gu. Ed. Ultr. — Ax. Voss. B: *ostrachismon.* — Voss. A: *hostracos.* — Leid. 2. Voss. C. om.

§. 2. *animo forti.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. omnesque ante Lamb., qui *forti animo* scripsit.

§. 3. *quam expulsus erat.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Boecl. Ax. et Edd. vett.: *quo expulsus erat.* — *satius existimans contendere.* Sic Gu. Sav. Put. Gif. Mendos. Boecl. Leid. 1. — Ax.: *satis existimans contemnere.* — Ms. Ox.: *satis existimans verbis contendere.* — Voss. C: *aestimans.* — Ed. Ultr.: *satius existimans contendere Lacedaemonem* et in marg.: *Voces aliquot desiderari videntur.* — Lamb.: *satius existimans eos et cives suos inter se una voluntate consentire, quam armis contendere, Lacedaemonem etc.* — *pacemque.* Voss. C. *que* om. — *ita.* Voss. C. om.

daemoniorum utebatur, satius existimans contendere Lacedaemonem sua sponte est profectus pacemque inter
4 duas potentissimas civitates conciliavit. Post neque ita
A. Ch. n. 455. multo Cyprum cum ducentis navibus imperator missus
A. Ch. n. 450. cum ejus majorem partem insulae devicisset, in morbum
A. Ch. n. 449. implicitus in oppido Citio est mortuus.

1 Cap. IV. Hunc Athenienses non solum in bello, sed etiam in pace diu desideraverunt. Fuit enim tanta liberalitate, cum compluribus locis praedia hortosque haberet, ut numquam in eis custodem imposuerit fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus
2 quibus quisque vellet frueretur. Semper eum pedisequi cum numis sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur negare. Saepe cum aliquem offensum fortuna videret mi-
3 nus bene vestitum, suum amiculum dedit. Quotidie sic coena ei coquebatur, ut quos invocatos vidisset in foro omnes devocaret, quod facere nullum diem praetermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit; multos locupletavit, complures pauperes mortuos,

---

§. 4. *imperator.* Voss. C: *super.* — *in morbum.* Voss. C: *sed in morbum.* — Ed. Ultr.: *morbo.* — *Citio.* Sic Ax. — Dan. Gu. Leid. 2. Voss. A: *Cythio.* — Voss. B: *Cytio.*

Cap. IV.

§. 1. *sed etiam in pace.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. B. — Ed. Ultr.: *non solum bello, sed etiam pace.* — Vulgo: *sed in pace.* — Ms. Ox.: *tanta liberalitate usus est.* — *compluribus.* Voss. C: *quam pluribus.* — *in eis custodem imposuerit.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. C. — Gif.: *nunquam eis custodem posuerit.* — Leid. 2: *nunquam eis custodes imposuerit.* — Ed. Ultr. Lamb. aliae: *nunquam eis custodem imposuerit.* — *quisque vellet.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. 2. Boecl. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr. cum aliis *quisque* om.

§. 2. *suum amiculum.* Ax.: *amiculum suum.*

§. 3. *invocatos.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Put. Savar. Mendos. Ernst. Bav. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *convocatos.* — Lamb. Steph.: *non vocatos.* — *devocaret.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Voss. C. cum Edd. quibd.: *devoraret.* — *quod facere.* Ed. Ultr.: *quod ut faceret.* — *nulli res.* Voss. B: *nulla res.* — *complures.* Voss. C: *quum plures.* — *efferrentur.* Voss. A: *efferentur.*

qui unde efferrentur non reliquissent, suo sumtu extulit.
Sic se gerendo minime est mirandum, si et vita ejus 4
fuit secura et mors acerba.

VI. LYSANDER.

Argumentum.

Cap. I. *Athenarum victor; decemviros Graeciae civitatibus imponit.* II. *Crudelis in Thasios.* III. *Reges tollere et oraculum corrumpere conatur; accusatus absolvitur; occiditur a Thebanis.* IV. *Lysander suus ipse accusator.*

Cap. I. *Lysander* Lacedaemonius magnam reliquit 1
sui famam magis felicitate, quam virtute partam. Athe-
nienses enim in Peloponnesios sexto et vicesimo anno
bellum gerentes confecisse apparet; id qua ratione con- 2
secutus sit latet. Non enim virtute sui exercitus, sed
immodestia factum est adversariorum, qui, quod dicto
audientes imperatoribus suis non erant, dispalati in agris
relictis navibus in hostium venerunt potestatem. Quo
facto Athenienses se Lacedaemoniis dediderunt. Hac vi- 3
ctoria Lysander elatus cum antea semper factiosus au-
daxque fuisset sic sibi indulsit, ut ejus opera in maxi-
mum odium Graeciae Lacedaemonii pervenerint. Nam 4

---

§. 4. *mirandum.* Leid. 2: *admirandum.* — *fuit.* Boecl.: *fuerit.* — *secura.* Voss. A: *secuta.*

Lysander.

Cap. I.

§. 1. *felicitate.* Ms. Ernst.: *fortuna.* — *in Peloponnesios.* Ax.: *adversus Peloponnesios.* — Gu.: *Atheniensis enim Peloponnesios.* — Leid. 2: *Peloponnesso.* — Voss. B: *Peloponessios.*

§. 2. *id qua.* Voss. C: *cesqua.* — Voss. C: *immodestia factum adversariorum.* — *se Lacedaemoniis dediderunt.* Sic Ed. Ultr. et Cod. Ax., qui tamen *se* omittit. — Gu. Voss. A. C. Mendos.: *dederunt.*

§. 3. *indulsit.* Ax. Voss. C: *indulxit.*

§. 4. *dictitassent.* Gu. Ax. Voss. B. C: *dictassent.* — Leid. 2: *dictarunt.* — *belli.* Ed. Long. aliae: *bellum.* — *Aegos.* Dan.: *Egos.* — *classis.* Ed. Ultr.: *classe.* — *molitus est.* Ax.: *est molitus.* —

cum hanc caussam Lacedaemonii dictitassent sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem refrin-
A. Ch. n. 405. gerent, postquam apud Aegos flumen Lysander classis hostium est potitus, nihil aliud molitus est quam ut omnes civitates in sua teneret potestate, cum id se Lacedae-
5 moniorum caussa facere simularet. Namque undique qui Atheniensium rebus studuissent ejectis decem delegerat in unaquaque civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret. Horum in numero nemo admittebatur nisi qui aut ejus hospitio contineretur aut se illius fore proprium fide confirmarat.

1 Cap. II. Ita decemvirali potestate in omnibus urbibus constituta ipsius nutu omnia gerebantur. Cujus de crudelitate ac perfidia satis est unam rem exempli gratia proferre, ne de eodem plura enumerando defatigemus
2 lectores. Victor ex Asia cum reverteretur Thasumque devertisset, quod ea civitas praecipua fide fuerat erga Athenienses, proinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, pervertere eam

---

in sua teneret. Voss. C: *in suo tenore.* — Voss. B: *simulavit*, sed a m. sec. *simularet.*

§. 5. *delegerat.* Ax.: *delegarat;* sic etiam Voss. A., sed supra notatum erat *delegerat.* — *numero.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Ed. Long. aliae. — Ed. Ultr. ut vulgo: *numerum.* — *se illius fore proprium.* Ax.: *se fore illius proprium.* — *confirmarat.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Edd. quaedd.: *confirmaret.*

Cap. II.

§. 1. *de eodem.* Ax. Voss. B: *de eadem.* — *defatigemus.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Mendos. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr. cum aliis *fatigemus.*

§. 2. *Victor ex Asia cum.* Ax.: *Victor cum ex Asia.* — *devertisset.* Sic Lamb. — Codd. et Ed Ultr. cum cett.: *divertisset.* — *proinde.* Sic Gu. — Ax. Ed. Ultr.: *perinde.* — *iidem.* Gu. Ax. Voss. B: *idem.* — Ed. Long. et Mag.: *perinde ac si iidem firmissimi solerent esse inimici, qui constantes fuissent amici.* — Ed. Ultr. in marg.: *Fort. ac si non.* — *pervertere eam.* Sic Gu. Voss. A. — Vulgo: *eam pervertere.*

concupivit. Vidit autem, nisi in eo occultasset volunta- 8
tem, futurum, ut Thasii dilaberentur consulerentque rebus
suis. Itaque ****

Cap. III. * Decemviralem suam potestatem sui ab 1
illo constitutam sustulerunt. Quo dolore incensus iniit
consilia reges Lacedaemoniorum tollere. Sed sentiebat
id se sine ope deorum facere non posse, quod Lace-
daemonii omnia ad oracula referre consueverant. Pri- 2
mum Delphos corrumpere est conatus. Cum id non
potuisset, Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus
dixit se vota suscepisse, quae Jovi Hammoni solveret,
existimans se Afros facilius corrupturum. Hac spe cum 3
profectus esset in Africam, multum eum antistites Jovis
fefellerunt. Nam non solum corrumpi non potuerunt, sed
etiam legatos Lacedaemonem miserunt, qui Lysandrum
accusarent, quod sacerdotes fani corrumpere conatus A. Ch. a. 402.
esset. Accusatus hoc crimine judicumque absolutus sen- 4
tentiis Orchomeniis missus subsidio occisus est a The- A. Ch. a. 396.

---

§. 3. *futurum.* Voss. B. C. A. (in quo tamen supra notatum erat *futurum*): *futuram.* — *dilaberentur.* Voss. C: *liberarentur.*

Cap. III.

§. 1. *Itaque.* Dan. Gu. *(hii)* Boecl. Ax.: *Itaque hi decemviralem suam potestatem ab illo constitutam sustulerunt.* — Leid. 1: *itaque hi decemviralem potestatem illam ab illo constitutam sustulerunt.* — Ed. Ultr.: *itaque sui decemviralem illam potestatem ab illo etc.* — Voss. A. B. C: *itaque* om. — *id se sine.* Sic Dan. Gu. — Ax. Voss. A. Leid. 2. (teste Staver. ad Milt. c. I. §. 5.). Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. *se* om.

§. 2. *Delphos.* Sic Ax. Ed. Ultr. — Dan. Gu. Gif. Mendos. Voss. A. C: *Delphi.* — Leid. 2: *Delphis.* — *vota.* Ax.: *voto.* — *quae.* Voss. A: *quaeque.* — Voss. C: *quaeq.* — *Hammoni.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Voss. A: *Ammoni.* — Voss. B: *Amoni.*

§. 3. *Hac spe.* Voss. C: *ac spe.* — *multum.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Long. Mag. al.: *multi.* — *Lacedaemonem.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Vulgo: *Lacedaemona.*

§. 4. *Orchomeniis.* Dan.: *Orchomenis.* — Voss. C: *Orchomenis.*

5 banis apud Haliartum. Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit, quae post mortem in domo ejus reperta est, in qua suadet Lacedaemoniis, ut regia potestate dissoluta ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum; sed ita scripta, ut deorum videretur congruere sententiae, quam ille se habiturum pecunia fidens non dubitabat. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicitur.

1 Cap. IV. Atque hoc loco non est praetereundum factum Pharnabazi satrapis regii. Nam cum Lysander praefectus classis in bello multa crudeliter avareque fecisset deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo, ut ad ephoros sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum gessisset sociosque tractasset deque ea re accurate scriberet; magnam
2 enim ejus auctoritatem in ea re futuram. Huic ille libe-

---

§. 5. *vere.* Voss. C: *fere.* — Ed. Ultr. Arg. Long. Mag.: *quam vere foret de eo judicatum.* — *fuit.* Voss. C. om. — *dux.* Ax. Boecl. Voss. A. B. om. — *deligatur.* Mendos. Voss. C: *eligatur.* — *sed ita scripta etc.* — Boecl. Ax. Voss. B. omittunt verba: *sed ita scripta — sententiae* et pro *quam* habent *quo.* — Mendos.: *sed scripta, ut dicit, non videntur congruere sententiae.* — Gu. Voss. A. C. Ed. Ultr. aliae om. *ita,* quod Lamb. addidit. — Voss. A. C. *quod* pro *quam;* in Voss. A. supra notatum *quam.* — *deorum.* Voss. C: *dicit.* — *Halicarnasseus.* Dan. Gu. Gif. Savar. Put.: *Alicarnas.* — Voss. A. C: *Halicarnas.* — Voss. B: *Alicarnaseus.* — Ax.: *Alicarnasus.*

Cap. IV.

§. 1. *loco.* Leid. 1. om. — Voss. C: *Barnabazi.* — Voss. C. Gu. *regis* pro *regii.* — *satrapis.* Sic Gu. — Voss. B: *strapis regis.* — Ax.: *strapis regis.* — Ed. Ultr.: *satrapae.* — *avareque.* Ax. Voss. B. om. *que.* — *petiit a Pharnabazo.* Ed. Ultr.: *a Pharnabazo petiit.* — *ad.* Voss. B: *aut* et a m. sec. *aput.* — Ax.: *ut aliud sibi ephoros.* — *socios.* Voss. C: *socio.* — *in ea re.* Voss. C: *in ejus re.*

§. 2. *grandem.* Sic Dan. Leid. 1. Gif. Ed. Ultr. — Gu. Ax. Boecl. ut vulgo: *gravem.* — *verbis multis.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *multis verbis.* — *in quibus.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. Gif. Voss. C. Ed. Ultr. Long. Ed. pr. Arg. Ald. Paris. 1514. — Leid. 2. Voss. A. B. ut vulgo: *in quo.* — *summis*

raliter pollicetur, librum grandem verbis multis conscripsit, in quibus summis eum fert laudibus. Quem cum legisset probassetque, dum signatur, alterum pari magnitudine, tanta similitudine, ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo accuratissime ejus avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum cum re- 3
disset, postquam de suis rebus gestis apud maximos magistratus quae voluerat dixerat, testimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc submoto Lysandro cum ephori cognossent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus fuit accusator.

VII. ALCIBIADES.

Argumentum.

Cap. I. *Excellens in virtutibus et vitiis.* II. *Juvenis educatio et mores.* III. *Dux contra Syracusanos. In suspicionem venit.* IV. *Domum* revocatus *aufugit. Lacedaemoniis inservit.* V. *Lacedaemoniis suspectus transit ad Persas. Atheniensibus reconciliatur.* VI. *Gloriose* domi *excipitur.* VII. *In invidiam recidit. In Thracia* prospere *pugnat.* VIII. *Civibus Atticis bene consulit.* IX. *In Asiam transit.* X. *In Phrygia interficitur.* XI. *Alcibiadis laus et vituperatio.*

Cap. I. *Alcibiades*, Cliniae filius, Atheniensis. In 1
hoc natura quid efficere possit videtur experta. Constat

---

eum. Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Gif. Voss. A. C: *eum summis.* — *fert:* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Gif. Voss. A. Ed. Ultr. — Voss. B. Leid. 2: *effert.* — Ax.: *affert.* — Voss. C: *fere.* — *signatur.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. C. Lambino laudati et Ed. Ultr. — Lamb.: *obsignatur.* — Ed. p. utraq. Paris. Ald.: *designatur.* — *tanta similitudine.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Ax. Boecl. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Ms. Mendos. Ed. Lamb. aliae om. — *accusarat.* Ax.: *accusaret.* — Voss. C: *accusavit.*

§. 3. *Hinc.* Voss. A. B: *hunc.* — *maximum magistratum.* Leid. 1: *maximos magistratus.* — *librum.* Voss. A. B: *libro.* — *cognossent.* Ax. Voss. B: *cognovissent.* — *ipsi.* Voss. B: *ipsae.* — Voss. om. *dederunt.* — *suus.* Ax.: *sui.*

Alcibiades.

Cap. I.

§. 1. *in hoc.* Leid. *in quo.* — Dan.: *quid natura.* — *nihil illo.* Bos. sec. et ejus seq.: *nihil eo.* operarum vitio.

enim inter omnes, qui de eo memoriae prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus.
2 Natus in amplissima civitate summo genere omnium aetatis suae multo formosissimus, ad omnes res aptus consiliique plenus. Namque imperator fuit summus et mari et terra; disertus, ut in primis dicendo valeret, quod tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei
3 dicendo posset resistere; dives; cum tempus posceret, laboriosus, patiens, liberalis, splendidus non minus in vita quam victu; affabilis, blandus; temporibus callidis-
4 sime serviens. Idem simul ac se remiserat neque caussa suberat, quare animi laborem perferret, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur, ut omnes admirarentur in uno homine tantam esse dissimilitudinem tamque diversam naturam.

1 Cap. II. Educatus est in domo Pericli (privignus enim ejus fuisse dicitur) eruditus a Socrate. Socerum

---

§. 2. *Natus.* Sic Gu. Ax. Dan. Bavv. Leid. 1. Ernst. Gif. Put. Savar. Ed. Ultr. — Ald. Lamb. al. vett.: *nam.* — *aetatis.* Ox.: *civitatis.* — Voss. A. om. *suae.* — *consiliique.* Ox.: *consiliisque.* — *et mari.* Sic Gu. Ax. Leid. 1. Boecl. — Ed. Ultr. al. vett. *et* om. — *quod tanta.* Sic Dan. Gif. Gu. Boecl. Ax. Leid. 2. (?) Voss. A. — Ed. Ultr. al. vett.: *quod et tanta.*

§. 3. *dives.* Sic Dan. Gu. Gif. Mendos. Voss. A. — Ax. Boecl. Voss. B. Ed. Ultr.: *deinde.* — Lamb.: *idem.* — *quam victu.* Ax.: *quam in victu.* — *serviens.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax. ut vulgo: *inserviens.*

§. 4. *remiserat.* Voss. A: *praemiserat.* — *neque.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 2. (1.?) Ed. Ultr. — Edd. vett.: *nec.* — *in uno.* Ax. *in* om. — *esse.* Sic Boecl. Mendos. Gu. (?) Ax. Leid. 2. Voss. A. B. Ox. Ed. Ultr. — Lamb. al.: *inesse.* — Ed. Long.: *tantam esse morum dissimilitudinem.*

Cap. II.

§. 1. *Pericli.* Sic Gu. Dan. Leid. (1.? 2.?). — Vulgo: *Periclis.* — *ejus.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. Lamb. — Edd. vett.: *suus.* — *Socrate.* Voss. A: *societate.* — *omnium Graeca lingua loquentium ditissimum.* Dan. Mendos. Gif. Gu. Voss. A: *omnium Graecae linguae eloquentia ditissimum.* — Boecl. Ax. Voss. B. Thott.: *omnium Graecae linguae eloquentia disertissimum.* — Ed. Ultr.: *omnium Graecae linguae eloquentia ditissimum* et in marg.:

habuit Hipponicum omnium graeca lingua loquentium ditissimum ut, si ipse fingere vellet, neque plura bona reminisci neque majora posset consequi, quam vel fortuna vel natura tribueret. Ineunte adolescentia amatus 2
est a multis more Graecorum, in eis a Socrate, de quo mentionem facit Plato in symposio. Namque eum induxit commemorantem se pernoctasse cum Socrate neque aliter ab eo surrexisse ac filius a parente debuerit. Posteaquam robustior est factus, non minus multos ama- 3
vit, in quorum amore, quoad licitum est, odiosa multa delicate jocoseque fecit, quae referremus, nisi majora potioraque haberemus.

Cap. III. Bello Peloponnesio hujus consilio atque 1
auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt, ad A. Ch. n. 416.
quod gerendum ipse dux delectus est. Duo praeterea collegae dati Nicias et Lamachus. Id cum appararetur, 2

Al. disertissimum. — *quam.* Leid. 1. (?): *quae.* — Dan. et Ed. Ultr.: *vel natura vel fortuna.* — *tribuerat.* Leid. 2 (?): *tribuerant.* — Gu. Dan.: *tribueret.*

§. 2. *more.* Dan. Gu. Gif.: *amore.* — *a Socrate.* Dan. Gu. Ax. Voss. B. om. *a.* — Voss. B: *Socratem.* — *debuerit.* Leid. 1: *debuerat.*

§. 3. *delicate.* Voss. B: *delicata.* — *potioraque.* Dan. Gu. om. *que.* — Gu.: *haberem.*

Cap. III.

§. 1. *Peloponnesio.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. Ed. Ultr. — Voss. A: *Peloponnesso.* — Voss. B: *Peloponnessio.* — Edd. quaedd.: *Peloponnesiaco.* — *Nicias.* Dan. Gu.: *Mitia* — Leid. 1: *Micia.* — Ax.: *Nitias.* — Voss. A: *Nitia.* — Voss. B: *Nisias.* — *Lamachus.* Gu. Dan.: *Lammachus.* — Ax.: *Lamacus.* — Leid. 1: *Lamauchus.*

§. 2. *dejicerentur.* Gu. Ax. Leid. 1. Voss. B: *deicerentur.* — Dan.: *deiceretur.* — *ante januam erat Andocidi etc.* Dan.: *ante januam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius Androcydes vocitatus est.* — Gu. Ax.: *qui ante januam erat Androclydes vocitatus est.* — Boecl.: *qui ante januam erat Andocides vocitatus est.* — Ox.: *qui ante januam Androclidi Androclidisque vocatus est.* — Leid. 2: *qui ante januam erat Androclides. Itaque ille postea vocitatus est.* — Voss. A: *qui ante januam erat; itaque ille postea Mercurius Androclides vocitatus.* — Voss. B: *q. a. j. erat Andocidis; itaque ille postea Androclis* (ita refert Fisch.; contra Stav. *Androcly) Hermes*

prius quam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermae, qui in oppido erant Athenis, dejicerentur, praeter unum, qui ante januam erat Andocidi. [Itaque ille
3 postea Mercurius Andocidis vocitatus est.] Hoc cum appareret non sine magna multorum consensione esse factum, quod non ad privatam, sed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor est injectus, ne qua repentina vis in civitate exsisteret, quae libertatem op-
4 primeret populi. Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur, quod et potentior et major, quam privatus existimabatur. Multos enim liberalitate devinxerat, plures
5 etiam opera forensi suos reddiderat. Quare fiebat, ut omnium oculos, quotiescumque in publicum prodisset, ad se converteret neque ei par quisquam in civitate poneretur. Itaque non solum spem in eo habebant maximam, sed etiam timorem, quod et obesse plurimum et prodesse poterat. Adspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur, quod nefas erat more Atheniensium idque non ad religionem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur.

1 Cap. IV. Hoc crimine in concione ab inimicis com-

---

vocitatus est. — Ed. Ultr.: *qui ante januam erat Androclidis. Itaque ille postea Mercurius Androclides vocatus est* et in marg.: *Andocides apud Plutarchum lege.* — Lamb. Steph. al.: *qui ante januam Andocidis erat Andocidisque Hermes vocatus est.*

§. 3. *consensione.* Leid. 2: *confusione.* — *quod non.* Sic Gu. Ax. — Boecl. Voss. B: *quae non.* — *ad publicam.* Gu. Leid. *ad* om. — *timor.* Leid. 2. om.

§. 4. *videbatur.* Leid. 2: *videbantur.* — *opera.* Sav.: *opere.*

§. 5. *quotiescumque.* Gu. Ax. Voss. A. B: *quotienscumque.* — *prodisset.* Leid. 2: *prodissent.* — *quisquam.* Leid. 2. om.

Cap. IV.

§. 1. *concione.* Ax.: *contione.* — Gu. Dan. Boecl. Gif. Leid. 2. Ed. Ultr.: *contentione.* — Mendos. Voss. A. B: *contentionem.* — *compellabatur.* Sic Dan. Gu. Boecl. Gif. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Leid. 2. Ax. Mendos.: *compellebatur.* — *intuens.* Sic Dan. Gu. etc. — Boecl. Ax.: *metuens.* — *praesente.* Sic Dan. Leid. 1. Gu. — Ax. Ed. Ultr.: *praesenti.* — *si quid.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. et omnes ante Lamb., qui *ut si quid* dedit.

pellabatur. Sed instabat tempus ad bellum proficiscendi.
Id ille intuens neque ignorans civium suorum consuetu-
dinem postulabat, si quid de se agi vellent, potius de
praesente quaestio haberetur, quam absens invidiae cri-
mine accusaretur. Inimici vero ejus quiescendum in 2
praesenti, quia noceri non posse intelligebant, et illud
tempus exspectandum decreverunt, quo si exisset absen-
tem aggrederentur, itaque fecerunt. Nam postquam in 3
Siciliam eum pervenisse crediderunt, absentem, quod
sacra violasset, reum fecerunt. Qua de re cum ei nun-
tius a magistratu in Siciliam missus esset, ut domum ad
caussam dicendam rediret, essetque in magna spe pro-
vinciae bene administrandae, non parere noluit et in
triremem, quae ad eum deportandum erat missa, ascen-
dit. Hac Thurios in Italiam pervectus multa secum re- 4
putans de immoderata civium suorum licentia crudelitate-
que erga nobiles utilissimum ratus impendentem evitare
tempestatem, clam se a custodibus subduxit et inde pri-
mum Elidem, deinde Thebas venit. Postquam autem se 5
capitis damnatum bonis publicatis audivit et, id quod
usu venerat, Eumolpidas sacerdotes a populo coactos,
ut se devoverent ejusque devotionis, quo testatior esset
memoria, exemplum in pila lapidea incisum esse positum A. Ch. n. 415.

---

§. 2. *noceri.* Sic Gu. Dan. Gif. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. — Leid. 1, et in Voss. A. supra scriptum, Edd. vett.: *nocere.* — Lamb.: *nocere se ei.* — Ax.: *qua re* pro *quia.* — *quo si exisset absentem etc.* Sic Leid. 1. — Boecl. Ax. Gu. Voss. A. B. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. editi: *quo si exisset ut absentem.* Leid. 2: *quo si exisset ut si absentem.*

§. 3. *missus esset.* Voss. B: *missus est.* — *noluit.* Voss. A: *voluit.* — Ed. Ultr.: *parere noluit* sine *non.* — *in triremem.* Leid. 2. *in* om. — Gif. [?]: *in trierem.*

§. 4. *Hac.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. B. Ed. Ultr. — Leid. 2: *haec.* — Lamb. al.: *ac.* — *ratus.* Leid. 2: *raptum.* — *Elidem.* Leid. 2: *Eludem.*

§. 5. *Eumolpidas.* Dan. Leid. 1. Sav. Put. Gif. Voss. A. B: *Olympidas.* — Ax. Leid. 2: *Olympiadas.* — Gu.: *Olympidas.* — *ejusque.* Ed. Ultr. *que* om. — *testatior.* Leid. 2: *testatio.*

6 in publico, Lacedaemonem demigravit. Ibi, ut ipse praedicare consueverat, non adversus patriam, sed inimicos suos bellum gessit; quod eidem hostes essent civitati. Nam cum intelligerent se plurimum prodesse posse rei publicae, ex ea ejecisse, plusque irae suae, quam utili-
7 tati communi paruisse. Itaque hujus consilio Lacedaemonii cum Perse rege amicitiam fecerunt, deinde Dece-
A. Ch. n. 415. leam in Attica munierunt praesidioque ibi perpetuo posito in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem opera Ioniam a societate averterunt Atheniensium; quo facto multo superiores bello esse coeperunt.

1 Cap. V. Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. Nam cum acerrimi viri praestantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent, pertimuerunt, ne caritate patriae ductus aliquando ab ipsis descisceret et cum suis in gratiam rediret.
2 Itaque tempus ejus interficiundi quaerere instituerunt. Id Alcibiadi diutius celari non potuit; erat enim ea sagacitate, ut decipi non posset, praesertim cum animum
3 attendisset ad cavendum. Itaque ad Tissaphernem prae-

---

§. 6. *consueverat.* Ed. Ultr. Arg. Long.: *consuerat.* — *eidem.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. — Vulgo: *iidem.* — *prodesse posse.* Sic Dan. Boecl. Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Lamb. Longol. al. vett. *posse* om. — *ejecisse.* Leid. 2: *fecisse.*

§. 7. *Persarum.* Leid. 2. Voss. A: *Perse.* — Ed. Ultr.: *Persa.* — *deinde.* Sic Gu. Leid. 2. Ax. Voss. B. — Voss. A. Ed. Ultr.: *dein.* — *Deceleam.* Sic Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Gu. Leid. 2: *Celeam.* — *Attica.* Leid. 2: *Affrica.* — *ibi perpetuo.* Sic Dan. Gu. Ax. — Vulgo: *perpetuo ibi.*

Cap. V.

§. 1. *his rebus.* Voss. B: *his verbis rebus.* — *ab ipsis.* Boecl. Ax.: *ab his.*

§. 2. *interficiundi.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Vulgo: *interficiendi.* — *Tissaphernem.* Dan. Voss. A: *Thysaphernem.* — Ax. Voss. B: *Tisaphernem.* — Leid. 2: *Thissaphernem.*

§. 3. *in intimam.* Leid. om *in.* — *Lacedaemoniorum.* Leid. 2: *Lacedaemonium.* — *Pisandro.* Voss. A: *Pysandro.* — Leid. 2: *Pidico.* — *eodem, quo.* Voss. B. Ax. *quo* om. — *optimatium.* Sic Gu. Voss. A. Ed. Ultr. — Vulgo: *optimatum.* — *fautor.* Voss. B: *fauctor.*

fectum regis Darii se contulit. Cujus cum in intimam
amicitiam pervenisset et Atheniensium male gestis in Si-
cilia rebus opes senescere, contra Lacedaemoniorum
crescere videret, initio cum Pisandro praetore, qui apud
Samum exercitum habebat, per internuntios colloquitur
et de reditu suo facit mentionem. Erat enim eodem
quo Alcibiades sensu, populi potentiae non amicus et
optimatium fautor. Ab hoc destitutus primum per Thra- 4
sybulum Lyci filium ab exercitu recipitur praetorque fit
apud Samum, post suffragante Theramene populi scito A. Ch. n. 406.
restituitur parique absens imperio praeficitur simul cum
Thrasybulo et Theramene. Horum in imperio tanta com- 5
mutatio rerum facta est, ut Lacedaemonii, qui paullo ante
victores viguerant, perterriti pacem peterent. Victi enim
erant quinque proeliis terrestribus, tribus navalibus, in
quibus ducentas naves triremes amiserant, quae captae
in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum 6
collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas praeterea
urbes graecas, quae in ora sitae sunt Asiae, quarum
expugnarant complures, in his Byzantium. Neque minus
multas consilio ad amicitiam adjunxerant, quod in captos
clementia fuerant usi. Ita praeda onusti locupletato exer- 7
citu maximis rebus gestis Athenas venerunt.

---

§. 4. *ab hoc.* Mendos.: *adhoc.* — *Lyci.* Sic Ed. Ultr. — Dan. Gu. Ax. Gif. Mendos. Voss. A. B: *Lycei.* — Leid. 2: *Licet.* — *populiscito.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Gif. Ed. Ultr. — Mendos.: *plebiscito.* — Ax. Voss. A. Leid. 2: *plebescito.*

§. 5. *in imperio.* Sic Gu. Boecl. Voss. A. B. Ed. Ultr. Long. — Ax. Ed. pr. utraq. Paris. Ald. al. om. *in.* — *ducentas.* Ax.: *trecentas.* — *amiserant.* Ed. Ultr.: *amiserunt.*

§. 6. *ora.* Dan. Gu.: *hora.* — *sitae.* Ax. Voss. B: *sita.* — *expugnarant.* Sic Dan. Mendos. Gu. Leid. 2. Voss. A. — Ax.: *expugnaxerant.* — Ed. Ultr.: *expugnaverunt.* — *complures.* Sic Dan. Ed. Ultr. — Mendos. Gu. Ax. Leid. 2. Voss. B: *quamplures.* — *Byzantium.* Voss. B: *Bisantium.* — Leid. 2: *Bacantium.*

§. 7. *Ita.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. Arg. Long. — Vulgo: *inde.* — Voss. B: *honusti.* — Voss. A: *locupleto.*

1 Cap. VI. His cum obviam universa civitas in Piraeeum descendisset, tanta fuit omnium exspectatio visendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus conflueret proinde
2 ac si solus advenisset. Sic enim populo erat persuasum et adversas superiores et praesentes secundas res accidisse ejus opera. Itaque et Siciliae amissum et Lacedaemoniorum victorias culpae suae tribuebant, quod ta-
3 lem virum e civitate expulissent. Neque id sine caussa arbitrari videbantur. Nam postquam exercitui praeesse coeperat, neque terra neque mari hostes pares esse potuerant. Hic ut e navi egressus est, quamquam Theramenes et Thrasybulus eisdem rebus praefuerant simulque venerant in Piraeeum, tamen unum illum omnes prosequebantur et, id quod numquam antea usu venerat nisi Olympiae victoribus, coronis aureis aeneisque vulgo donabatur. Ille lacrimans talem benevolentiam civium suorum accipiebat reminiscens pristini temporis acerbitatem.
4 Postquam astu venit, concione advocata sic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrimarit inimicumque iis se ostenderit, quorum opera patria pul-

---

Cap. VI.

§. 1. *Piraeeum.* Leid. 2: *Pyreum.* — Voss. B: *Piraeum.* — *proinde.* Sic Dan. Leid. 2. — Gu. Ax. Ed. Ultr.: *perinde.*

§. 2. *amissum.* Sic Dan. Gu. Gif. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax. Mendos. Ed. Long. Arg. al.: *admissum.* — Voss. A: *amissum imperium.* — *e civitate.* Voss. A: *ex civitate.* — *neque id sine caussa.* Leid.: *sine causa.*

§. 3. *e navi.* Sic Leid. 1. Gu. Ed. Ultr. — Alii om. *e.* — *unum illum.* Sic Dan. Leid. 2. Voss. A. — Gu. Ax.: *unum omnes illum.* — *omnes.* Leid. 2. om. — Leid. 2. Edd. quaedd. vett.: *persequebantur.* — *lacrimans.* Dan. Voss. A: *lacrumans.* — *benevolentiam.* Voss. A. B. Leid. 2: *benivolentiam.* — *reminiscens.* Dan. Gu.: *reminisci.*

§. 4. *astu.* Sic Ax. Voss. B. — Dan. Gu. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr.: *astum.* — Voss. B: *astu cepit, venit e concione etc.* — *fecit.* Voss. B: *facit.* — Ax.: *fecit,* simul autem *e* puncto est notatum signoque superimposito commendatur *a, facit.* — *lacrimarit.* Dan. Voss. A. B: *lacrumarit.* — *casum.* Ed. Ultr.: *causam.* — *iis.* Sic Voss. A. — Vulgo: *his.* — *pulsus.* Voss. B: *expulsus.* — *proinde.* Ed. Ultr. al. vett.: *perinde.*

sus fuerat, proinde ac si alius populus, non ille ipse, qui tunc flebat, eum sacrilegii damnasset. Restituta ergo huic 5
sunt publice bona eidemque illi Eumolpidae sacerdotes rursus resacrare sunt coacti, qui eum devoverant pilaeque illae, in quibus devotio fuerat scripta, in mare praecipitatae.

Cap. VII. Haec Alcibiadi laetitia non nimis fuit diu- 1
turna. Nam cum ei omnes essent honores decreti totaque res publica domi bellique tradita, ut unius arbitrio gereretur, et ipse postulasset, ut duo sibi collegae darentur, Thrasybulus et Adimantus, neque id negatum esset, classe [jam] in Asiam profectus, quod apud Cymen minus ex sententia rem gesserat, in invidiam recidit.
Nihil enim eum non efficere posse ducebant. Ex quo 2
fiebat, ut omnia minus prospere gesta culpae tribuerent, cum eum aut negligenter aut malitiose fecisse
loquerentur, sicut tum accidit. Nam corruptum a rege 3

---

§. 5. *ergo.* Leid. 2. om. — *eidemque.* Sic Gu. Voss. B. Ax. Leid. — Ed. Ultr. *iidem* sine *que* et *illi.* — *Eumolpidae.* Dan. Gif. Gu. Mendos. Voss. A. B. Leid. 2: *Olympidae.* — Ax.: *Olympide.* — *rursus.* Ms. Ernst. om. — *resacrare.* Sic Dan. [Gu. Ax.?] Voss. A. B. Leid. 2. — Ed. Ultr. al.: *resecrare.* — *pilaeque illae etc.* Ax. Voss. B: *pilasque illas* — *praecipitare.* Ms. Boecl. quoque *praecipitare,* unde alia manus correxit *pilasque illas.*

Cap. VII.

§. 1. *Haec.* Voss. B: *hoc.* — *non nimis.* Sic Gu. Gif. Mendos. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Dan.: *nimis.* omisso *non.* — Edd. vett.: *non minus.* — *ei.* Leid. 2. om. — *omnes essent.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *essent omnes.* — Ax. Voss. B. *essent* om. — Voss. A: *Trasibulus et Adamanthus.* — *jam.* Sic Ax. Boecl. Voss. B. — Gu. Ed. Ultr. om. — *in invidiam.* Leid. 2. *in* om.

§. 2. *culpae.* Sic Ax. Boecl. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Vulgo: *ejus culpae.* — *eum aut.* Gu. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. editi: *aut eum.* — Ax.: *autem eum.* — Leid. 2: *loqueretur.* — *tum.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. Longol. al. — Leid. 2: *tamen.* — Ed. Ultr.: *sic et tum.* — Ed. pr. utraq. Paris. Ald. Mag. Lamb. *tum* om.

§. 3. *Itaque huic etc.* Sic Ed. Ultr. — Dan. Gu.: *Itaque huic maxime imputamus malo fuisse nimiam opinionem ingenii etc.* —

capere Cymen noluisse arguebant. Itaque huic maxime putamus malo fuisse nimiam opinionem ingenii atque virtutis. Timebatur enim non minus, quam diligebatur, ne secunda fortuna magnisque opibus elatus tyrannidem concupisceret. Quibus rebus factum est, ut absenti magistratum abrogarent et alium in ejus locum substituerent.
4 Id ille ut audivit, domum reverti noluit et se Pactyen contulit ibique tria castella communiit, Bornos, Bysanthen, Neontichos, manuque collecta primus Graeciae civitatis in Threciam introiit gloriosius existimans barbarorum praeda locupletari, quam Grajorum.
5 Qua ex re creverat cum fama tum opibus magnamque amicitiam sibi cum quibusdam regibus Threciae pepererat.

1 Cap. VIII. Neque tamen a caritate patriae potuit
A. Ch. n. 405. recedere. Nam cum apud Aegos flumen Philocles, prae-

---

Ax. Boecl. Voss. B: *maximo malo imputamus caussam fuisse nimiam etc.* — Leid. 2: *maxime imputamus malo caussam fuisse etc.* — Voss. A: *maxime putamus malo caussam fuisse etc.* — *opibus elatus.* Ed. pr. Arg. Ald. Longol. Ultr. al.: *elatus opibus.*

§. 4. *Pactyen.* Sic Gu. — Ax. Voss. B: *Pateram.* — Dan.: *Pactyae.* — Leid. 2: *Pactyes.* — Voss. A: *Pethye.* — Savar.: *Petye.* — Ms. Long.: *Parinthum.* — Ed. Lamb. Savar. al.: *Perinthum.* — Ms. Put.: *patere pactis.* — Ed. Ultr.: *Patara* et in marg.: *Al. Pactiae.* — *communivit.* Gu.: *communiit.* — *Bysanthen.* Ax.: *Bisan.* — Gu.: *Bizam.* — Leid. 2: *Biziam.* — Voss. A. B: *Byzam.* — Ed. Ultr.: *Bisam.* — *Neontichos.* Ax. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr.: *Themeontichos.* — Gu. Voss. B: *Themeonticos.* — *collecta.* Dan. Gu. Mendos. Voss. A. Leid. 2: *conjecta.* — *Graeciae civitatis.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Lamb. Steph. al. om. *civitatis.* — *in Thraciam.* Dan.: *in Threciam.* — Ald.: *civitates in Thracia.* — Ed. Ultr.: *Graecae* pro *Graeciae.* — *introiit.* Ax.: *introivit.*

§. 5. *cum fama, tum opibus.* Sic Dan. Voss. A. — Gu. Leid. 2. Ed. Ultr.: *tum fama, tum opibus.* — Ax.: *creverat fama cum opibus.* — Voss. B: *creverat fama, tum opibus.* — Leid. 2: *creverat fama magnumque* om. *tum opibus.* — *Thraciae.* Gu.: *Threciae.*

Cap. VIII.

§. 1. *potuit recedere.* Ax. Voss. B: *recedere potuit.* — *Aegos.* Dan.: *Egos.* — *Philocles.* Voss. A: *Phylocles.* — Leid. 2: *Philopedes.* — *pecunia.* Leid. 2: *pacientia.* — *a rege.* Ax. om. — *naves.* Ax. Voss. B: *navis.*

tor Atheniensium, classem constituisset suam neque longe
abesset Lysander, praetor Lacedaemoniorum, qui in eo
erat occupatus, ut bellum quam diutissime duceret, quod
ipsis pecunia a rege suppeditabatur, contra Atheniensibus
exhaustis praeter arma et naves nihil erat super, Alci-
biades ad exercitum venit Atheniensium ibique praesente 2
vulgo agere coepit, si vellent, se coacturum Lysandrum
dimicare aut pacem petere; Lacedaemonios eo nolle
classe confligere, quod pedestribus copiis plus, quam
navibus valerent, sibi autem esse facile Seuthen regem 3
Thracum deducere, ut eum terra depelleret, quo facto
necessario aut classe conflicturum aut bellum composi-
turum. Id etsi vere dictum Philocles animadvertebat, 4
tamen postulata facere noluit, quod sentiebat, se Alci-
biade recepto nullius momenti apud exercitum futurum,
et, si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam par-
tem fore, contra ea, si quid adversi accidisset, se unum
ejus delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades, 5

---

§. 2. *ad exercitum venit Atheniensium.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. — Ed. Ultr. al. vett.: *ad Atheniensium venit exercitum.* — *dimicare.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. — Vulgo: *aut dimicare.* — *Lacedaemonios.* Sic Ax. Ed. Ultr. — Voss. A. Leid. 2: *responderet Lacedaemonios.* — Gu.: *respondit Lacedaemonios.* — Ed. Long. al. vett.: *respondent, Lacedaemoniis.* — *classe confligere.* Sic Dan. Gu. — Vulgo: *confligere classe.*

§. 3. *facile.* Leid. 2: *fatale.* — *Seuthen.* Ax.: *se Uthen.* — Voss. A. B. Leid. 2: *Seuthem.* — Edd. vett.: *Seucem.* — Al.: *Scotym.* — *Thracum:* Dan. Gu.: *Threcum.* — *deducere.* Ed. Ultr.: *inducere.* — *eum.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. B. C. — Vulgo: *eos.* — *terra.* Sic Dan. Gu. — Ax. Boecl. Voss. B: *ex terra.* — *conflicturum* — *compositurum.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. B. Leid. 2. et Dan. in glossa. — Vulgo: *eos* — *conflicturos* — *composituros,* quam scripturam cod. Gu. supra scriptam habet.

§. 4. *Philocles.* Voss. A: *Phylocles.* — Leid. 2: *Philodes.* — *contra ea.* Ed. Ultr. om. *ea.*

§. 5. *juxta hostem.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *hostes.* — *militum nostrorum.* Dan. Ax.: *militum vestro-*

quoniam, inquit, victoriae patriae repugnas, illud moneo, juxta hostem castra habeas nautica: periculum est enim, ne immodestia militum nostrorum occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus. Neque ea res illum
6 fefellit. Nam Lysander, cum per speculatores comperisset, vulgum Atheniensium in terram praedatum exisse navesque paene inanes relictas, tempus rei gerendae non dimisit eoque impetu bellum totum delevit.

1 Cap. IX. At Alcibiades victis Atheniensibus non satis tuta eadem loca sibi arbitratus penitus in Threciam se supra Propontidem abdidit sperans ibi facillime suam
2 fortunam occuli posse; falso. Nam Threces, postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias fecerunt, qui ea, quae apportarat, abstulerunt, ipsum ca-
3 pere non potuerunt. Ille cernens nullum locum sibi tutum in Graecia propter potentiam Lacedaemoniorum ad Pharnabazum in Asiam transiit, quem quidem adeo sua cepit humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. Namque ei Grunium dederat in Phrygia castrum, ex quo
4 quinquagena talenta vectigalis capiebat. Qua fortuna Al-

---

rum. — *nostri opprimendi.* Dan.: *vestri opprimendi.* — Ax. ut cett.: *nostri opprimendi.*

§. 6. *vulgum.* Ed. Ultr.: *vulgus.* — *bellum totum.* Sic Gu. Dan. — Vulgo: *totum bellum.*

Cap. IX.

§. 1. *arbitratus.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. — Ed. Ultr. et editi ante Boecl.: *arbitrans.* — *Threciam.* Sic Gu. — Vulgo: *Thraciam.* — *falso.* Sic Dan. Voss. B. Leid. 2. — Ax. Gu. [?]: *sed falso.*

§. 2. *Threces.* Leid. 2: *Threces.* — Gu.: *Treces.* — *fecerunt.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. pr. Arg. Paris. Ald. Ultr. Long. — Vulgo: *ei fecerunt.* — *qui ea.* Leid. 2: *quia ea.* — *apportarat.* Sic Gu. Dan. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Edd. quaedd.: *apportavit.* — Voss. B: *abstulerant.*

§. 3. *transiit.* Voss. A: *transit.* — Leid. 2: *transivit.* — *Grunium.* Gu. Ed. Ultr.: *Grynium.* — Voss. B. Leid 2: *Grinium.* — Voss. A: *Griminum.* — Ax.: *Grinum.* — *quinquagena.* Sic Dan. Mendos. Gu. Ed. Ultr. — Ax. ut Edd. vett.: *quinquaginta.* — *capiebat.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Ax. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *habebat.*

cibiades non erat contentus neque Athenas victas Lacedaemoniis seruire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione, sed videbat id sine rege Perse non posse fieri ideoque eum amicum sibi 5 cupiebat adjungi; neque dubitabat facile se consecuturum, si modo ejus conveniundi habuisset potestatem. Nam Cyrum fratrem ei bellum clam parare Lacedaemo- 6 niis adjuvantibus sciebat. Id si aperuisset, magnam se initurum gratiam videbat.

Cap. X. Hoc cum moliretur peteretque a Pharna- 1 bazo, ut ad regem mitteretur, eodem tempore Critias A. Ch. n. 404. ceterique tyranni Atheniensium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserunt, qui eum certiorem facerent, *nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset; quare, si suas res gestas manere vellet, illum persequeretur.* His 2

---

§. 5. *rege Perse.* Sic Dan. Gu. Ax. (*per se*) Leid. 2. Voss. A., qui tamen *rege* om. — Vulgo: *rege Persarum.* — *non posse fieri.* Leid. 2: *fieri non posse.* — *conveniundi.* Sic Dan. Gu. — Edd. vett.: *conveniendi.* — *si aperuisset.* Sic Dan. Gu. Boecl. Voss. A. Ax. Ed. Ultr. et omnes Edd. ante Lamb. — Edd. post Lamb.: *si e i aperuisset.* — *se initurum.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl, Leid. 1. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. et Edd. ante Lamb., qui *se ab eo initurum* edidit.

Cap. X.

§. 1. *Hoc.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. — Vulgo: *haec.* — *moliretur.* Voss. B: *molliretur.* — *peteret.* Leid. 2: *preter.* — *Critias.* Leid. 2: *Chrysias.*

§. 2. *Laco rebus.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Savar. [? vid. Gebhard. et Bos.] Gif. Put. Bavv.: *latoribus.* — Edd. vett.: *Lacon rebus.* — *Pharnabazo.* Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 1. Voss. B. et fortasse omnes Codd. et Edd. ante Lamb.: *Pharnabazo societatem.* — *Lacedaemoniis essent.* Sic Dan.? Gu. Mendos. Leid. 1. — Ax. al.: *Lacedaemoniis essent, irrita futura, nisi* etc. — *sibi tradidisset.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. A. — Vulgo *sibi* om. — Post *tradidisset* Edd. vett. addunt *stare non posse* et omnes ante Lamb. omnino hunc locum sic exhibent: *Statuit accuratius sibi agendum cum Pharnabazo societatem. Huic ergo renuntiat, quae regi cum Lacedaemoniis essent, irrita futura, nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset, stare non posse.*

Laco rebus commotus statuit accuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renuntiat quae regi cum Lacedaemoniis essent, nisi Alcibiadem vivum aut mor-
3 tuum sibi tradidisset. Non tulit hoc satrapes et violare clementiam, quam regis opes minui maluit. Itaque misit Susamithren et Bagaeum ad Alcibiadem interficiendum, cum ille esset in Phrygia iterque ad regem compararet.
4 Missi clam vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi cum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam, in qua quiescebat, eamque subcenderunt, ut incendio con-
5 ficerent, quem manu superari posse diffidebant. Ille

---

§. 3. *tulit hoc.* Leid. 2: *hunc.* — Voss. B: *hanc.* — *Susamithren.* Sic Voss. B. — Gu.: *Susametren.* — Dan. Ax. Voss. A. Leid. 2: *Susametrem.* — Mendos. Ed. Ultr.: *Susamithrem.* — *Bagaeum.* Sic Dan. — Gu. Ax. Voss. A. B. Mendos.: *Bageum.* — Leid. 2: *Calgenem.* — Ed. Ultr.: *Magaeum.* Ald. Lamb.: *Bagoam.* — *compararet.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Longol. al.: *pararet.*

§. 4. *vicinitati.* Cod. Burgens. Magii: *in civitatem, in qua tum Alcibiades erat, introeunt.* — Voss. A: *in civitatem,* sed in marg.: *vicinitati.* — *dant negotium.* Cod. Burg.: *quibus datum negotium.* — Ax. Leid. 2. Voss. B: *datum negotium.* — *cum ferro.* Sic omnes codd. — Lamb.: *cum eum ferro.* — Ed. pr. utraq. Paris.: *cum securo.* — Leid. 1. om. *aggredi.* — *casam eam.* Dan. Gu. Mendos.: *sanneam.* — Ax. Boecl. Voss. B: *sanneam.* — Gif. Sav. Voss. A: *samineam.* — Leid. 2: *sarmeam.* — Put.: *Samenam.* — Ms. Venetus ap. Mag.: *Sameum.* — Ed. Ultr.: *samineam* et in marg.: *Al. sanneam. Utrumque prave.* — *conficerent.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Ax. Voss. B. Ed. Longol. al.: *conficeretur.*

§. 5. *ut sonitu.* Sic Gu. Ax. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ms. Bav.: *ut in sonitu.* — Lamb. et seqq.: *ille autem sonitu flammae excitatus.* — *etsi.* Sic Codd.; Lamb. et seqq.: *quod.* — *ei.* Ax. om. — Ax.: *suo alare telum arripuit.* — Voss. B: *telum erripuit.* — *cum eo quidam.* Leid. 2: *quidam cum eo.* — *ex Arcadia.* Sic Gu. Voss. A. B. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ms. Sluisken. *ex* om. — *discedere.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Ms. Ernst.: *ab eo discedere.* — Ed. Long.: *discedere ab eo voluerat.* — *arripuit.* Sic Gu. et Codd. Staver. — Dan.: *arripit.* — Ax.: *eripuit.* — Boecl.: *erripuit.* — *flammae vim.* Voss. A: *flammiam.* — *transiit.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. — Ed. Ultr.: *transit.*

autem ut sonitu flammae est excitatus, etsi gladius ei erat subductus, familiaris sui subalare telum eripuit. Namque erat cum eo quidam ex Arcadia hospes, qui numquam discedere voluerat. Hunc sequi se jubet et id, quod in praesentia vestimentorum fuit, arripuit; his in ignem ejectis flammae vim transiit. Quem ut barbari 6
incendium effugisse viderunt, telis eminus missis interfecerunt caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt. At mulier, quae cum eo vivere consuerat, muliebri sua veste contectum aedificii incendio mortuum cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus diem obiit supremum. A. Ch. n. 404.

Cap. XI. Hunc infamatum a plerisque tres gravissimi historici summis laudibus extulerunt: *Thucydides*, qui ejusdem aetatis fuit, *Theopompus*, qui post aliquanto natus, et *Timaeus*, qui quidem duo maledicentissimi nescio quo modo in illo uno laudando conscierunt. Namque ea, quae supra scripsimus, de eo praedicarunt atque hoc amplius, cum Athenis splendidissima civitate natus esset, omnes splendore ac dignitate superasse vitae; postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis 3

---

§. 6. *telis eminus.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. — Ax. Boecl. *eminus* om. Ed. Ultr. et Edd. vett. *eminus* ante *viderunt* collocatum habent. — *vivere.* Ed. Ultr. om. — *consuerat.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. et omnes ante Bos.

Cap. XI.

§. 1. *qui post.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. — Leid. 1. etiam *qui* om. — Vulgo: *qui fuit post.* — *Timaeus.* Dan. Voss. A. Leid. 2: *Thymaeus.* — *uno.* Leid. 2. om. — *conscierunt.* Sic Ax. Voss. B. Boecl. Leid. 2. Ed. Ultr. (in marg. al. *consuerunt*). — Dan. Gu. Gif.: *consuerunt.*

§. 2. *Namque.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Olim legeb.: *Nam.* — *scripsimus.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *diximus.* — *praedicarunt.* Voss. B: *praedicatur.* — *omnes.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. A. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Lamb.[1] seqq.: *omnes Athenienses.* — *superasse vitae.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui dedit *vitae superasse.*

§. 3. *Boeotii:* Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2: *Boetii.*

eorum inservisse, ut nemo eum labore corporisque viribus posset aequiparare. Omnes enim Boeotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt.
4 Eumdem apud Lacedaemonios, quorum moribus summa virtus in patientia ponebatur, sic duritiae se dedisse, ut parcimonia victus atque cultus omnes Lacedaemonios vinceret; fuisse apud Threcas, homines vinolentos rebusque veneriis deditos, hos quoque in his rebus antecessisse;
5 venisse ad Persas, apud quos summa laus esset, fortiter venari, luxuriose vivere, horum sic imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maxime admirarentur.
6 Quibus rebus effecisse, ut apud quoscumque esset princeps poneretur habereturque carissimus. Sed satis de hoc; reliquos ordiamur.

VIII. THRASYBULUS.

Argumentum.

Cap. I. *Patriam a tyrannis liberat.* II. *Phylen confugit: Munychiam occupat; parcit civibus.* III. *Pace facta legem fert oblivionis.* IV. *Corona oleagina ornatur. Ad Ciliciam a barbaris interficitur.*

1 Cap. I. *Thrasybulus*, Lyci filius, Atheniensis. Si
A. Ch. n. 401. per se virtus sine fortuna ponderanda sit, dubito an hunc primum omnium ponam. Illud sine dubio: neminem huic

§. 4. *duritiae.* Leid. 2: *duritie.* — *cultus omnes.* Ax. Boecl. Voss. B: *omnis cultus.* — *rebusque Veneriis.* Sic Dan. — Ax. *que* om. — Gu.: *veneretis.*

§. 5. *luxuriose.* Ed. Ultr.: *luxurioseque.* — *princeps.* Ed. pr. et Paris. 2: *principes.* — Ed. Ald. Lamb.: *poneretur princeps.* — *carissimus.* Dan. G: *karissimus.* — Ax.: *haberetur charissimus.* — *ordiamur.* Voss. B: *ordinamur.*

Thrasybulus.
Cap. I.

§. 1. *ponderanda sit.* Ax.: *ponderanda est.* — *primum omnium.* Leid. 2: *omnium primum.* — *Illud.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Mendos. Leid. 1. 2. Voss. B. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *Illi* omisso pronomine *huic.*

praefero fide, constantia, magnitudine animi, in patriam amore. Nam quod multi voluerunt, paucique potuerunt, 2
ab uno tyranno patriam liberare, huic contigit, ut a triginta oppressam tyrannis ex servitute in libertatem vindicaret. Sed nescio quo modo, cum eum nemo anteiret 3
his virtutibus, multi nobilitate praecucurrerunt. Primum Peloponnesio bello multa hic sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc: quae ille universa naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia impe- 4
ratoribus cum militibus et fortuna, quod in proelii concursu abit res a consilio ad vires vimque pugnantium. Itaque jure suo nonnulla ab imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat, seque hic plus valuisse, quam ducis prudentiam, vere potest praedicare. Quare illud 5
magnificentissimum factum proprium est Thrasybuli. Nam A. Ch. n. 403.
cum triginta tyranni praepositi a Lacedaemoniis servitute

---

§. 2. *Nam quod multi.* Ax.: *Namque multi.* — *paucique.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — *a triginta.* Leid. 2. *a* om. — *ex servitute.* Ax. Ed. Ultr.: *e servitute.* — *vindicaret.* Ax. Voss. B: *vendicaret.*

§. 3. *his virtutibus.* Leid. 2. om. *his.* — *praecucurrerunt.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. al. vett. — Ed. Lamb.: *praecurrerunt.* — *Peloponnesio.* Dan.: *Peloponensio.* — Voss. A: *Peloponnessio.* — Voss. B: *Peloponesi.* — Ax.: *Peloponensi.* — *quae ille.* Voss. B: *quae illa.*

§. 4. *omnia communia.* Ed. Ultr. *omnia* om. — *abit.* Boecl.: *huit.* — Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. Long. al.: *abiit.* — Voss. B: *in praeliis concursu habuit.* — *ad vires vimque.* Sic Gu. Ax. Boecl. Codd. Staver. Ed. Ultr. — Mendos.: *ad vires cujusque pugnantium.* — Savar.: *ad vires nostrum cujusque pugnantium.* — Put.: *ad vires undique pugnantium.* — Leid. 1: *ad vires usque pugnantium.* — *plurima vero fortuna.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *plurima vero a fortuna.* — *vindicat.* Ax. Voss. B: *vendicat.* — *seque hic.* Sic Boecl. Voss. A. B. — Dan. Gu. Ax. alii. Ed. Ultr.: *seque his.* — *praedicare.* Boecl. Voss. B: *praedicari.* — Ax.: *judicari.*

§. 5. *cum triginta.* Leid. 2. *cum* om. — *cives.* Gu.: *civis.* — *parserat.* Sic Dan. Gu. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax. Ms. Thott. Edd. vett.: *pepercerat.* — *sed etiam.* Sic Gu. — Vulgo: *sed et.*

oppressas tenerent Athenas, plurimos cives, quibus in bello parserat fortuna, partim patria expulissent partim interfecissent, plurimorum bona publicata inter se divisissent, non solum princeps, sed etiam solus initio bellum his indixit.

1 Cap. II. Hic enim cum Phylen confugisset, quod est castellum in Attica munitissimum, non plus habuit secum, quam triginta de suis. Hoc initium fuit salutis Actaeo-
2 rum, hoc robur libertatis clarissimae civitatis. Neque vero hic non contemtus est primo a tyrannis atque ejus solitudo. Quae quidem res et illis contemnentibus pernicii et huic despecto saluti fuit. Haec enim illos segnes ad persequendum, hos autem tempore ad comparandum
3 dato fecit robustiores. Quo magis praeceptum illud omnium in animis esse debet: *Nihil in bello oportere contemni,* neque sine causa dici: *Matrem timidi flere non solere.*
4 Neque tamen pro opinione Thrasybuli auctae sunt opes. Nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate
5 loquebantur, quam pugnabant. Hinc in Piraeeum transiit

Cap. II.

§. 1. *Phylen.* Leid. 2: *Phylem.* — Voss. B: *Philen.* — *triginta.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Longol. Ed. pr. — Ed. Ultr. ut vulgo: *quam triginta.* — *Actaeorum.* Sic Gu. — Dan.: *Acteorum.* — Ax.: *Athicorum.* — Ed. Ultr. ut omnes ante Bosium: *Atticorum.* — Leid. 2. om. verba: *Hoc initium fuit — hoc robur.*

§. 2. *Neque vero hic non.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Mendos. Ax. Savar. Boecl. Bav. Voss. A. Ed. Ultr. — Ernst.: *Neque vero hic,* om. *non.* — Ms. Longol. Voss. B: *neque vero hic modo.* — Leid. 2: *neque vero hic neque.* — *atque ejus.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Mendos. Savar. Voss. A. Ed. Ultr. — Ax. Leid. 2. Boecl. Bav.: *neque ejus.* — Voss. B: *sed et ejus.* — Ernst. Ed. Long.: *sed ejus.* — Ed. Long. aliae: *sollicitudo* aut *sollicitudo.* — *pernicii.* Sic Dan. Gu. Ultr. — Ax.: *pernitiei.* — Ms. Thott. Ed. Ultr. et omnes ante Bosium: *perniciei.* — *segnes ad persequendum.* Sic Dan. Gu. (*segnis*) Ax. Voss. B. — Vulgo: *ad persequendum segnes.*

§. 3. *nequd sine.* Sic Gu. Ax. Voss. A. — Vulgo: *nec sine.* — *matrem timidi.* Ed. Ultr.: *timidi matrem.*

§. 4. *Neque tamen.* Voss. B: *neque tum.*

§. 5. *Piraeeum.* Leid. 2. Voss. A: *Pireum.* — *Munychiamque.*

Munychiamque munivit. Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti ab eaque turpiter repulsi protinus in urbem armis impedimentisque amissis refugerunt. Usus est Thrasybu- 6
lus non minus prudentia, quam fortitudine. Nam cedentes violari vetuit. *Cives* enim *civibus parcere* aequum censebat, neque quisquam est vulneratus nisi qui prior impugnare voluit. Neminem jacentem veste spoliavit, nihil attigit nisi arma, quorum indigebat, quaeque ad victum pertinebant. In secundo proelio cecidit Critias, dux 7
tyrannorum, cum quidem exadversus Thrasybulum fortissime pugnaret.

Cap. III. Hoc dejecto Pausanias venit Atticis auxi- 1
lio, rex Lacedaemoniorum. Is inter Thrasybulum et eos, A. Ch. n. 401.
qui urbem tenebant, fecit pacem his conditionibus: *ne qui praeter triginta tyrannos et decem, qui postea praetores creati superioris more crudelitatis erant usi, afficerentur exsilio, neve bona publicarentur; rei publicae procuratio populo redderetur.* Praeclarum hoc 2
quoque Thrasybuli, quod reconciliata pace, cum plurimum in civitate posset, legem tulit, *ne quis ante actarum rerum accusaretur, neve multaretur,* eamque illi *oblivionis* appellarunt. Neque vero hanc tantum feren- 3

Ax.: *Munichiamque.* — Dan. Gu. Leid. 2. Voss. A: *Minthiamque,* sed in marg, *Al. Munichiam.* — *impedimentisque.* Voss. A. *que* om.

§. 6. *nihil.* Sic Ax. Voss. B. — Vulgo: *nil.* — *quaeque.* Sic Dan. Ed. Ultr. — Gu. Voss. B. *quae* copula omissa. — Vulgo: *et quae.* — *ad victum.* Voss. A: *id victum.*

§. 7. *Critias.* Voss. B: *Chritias.* — *cum quidem.* Sic Dan. Gif. Savar. — Ax.: *cum quo.* — Boecl. Voss. B: *cum aliquid.* — Bav.: *cum quomodo.* — *exadversus.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Boecl. Bav. Savar. Voss. B. — Leid. 2: *exadverso.* — Ed. Ultr. aliae vett.: *adversus.* — *Thrasybulum.* Bav.: *Thrasybulus.*

Cap. III.

§. 1. *auxilio, rex.* Voss. A: *rex auxilio.* — *ne qui.* Voss. B: *neque.* — *neve bona.* Ed. Lamb.: *neve cujusquam bona.*

§. 2. *hoc quoque.* Leid. 2: *in hoc quoque.* — *eamque illi oblivionis.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 1. 2. Voss. A. Ed. Ultr. — Cett. Edd. vett.: *eamque illi legem oblivionis.*

§. 3. *vero.* Leid. 2: *vere.* — *ex iis.* Sic Voss. A. — Vulgo: *ex his.* — *fuerant.* Dan. Ax. Voss. A: *fuerunt.*

dam curavit, sed etiam ut valeret effecit. Nam cum quidam ex iis, qui simul cum eo in exsilio fuerant, caedem facere eorum vellent, cum quibus in gratiam reditum erat, publice prohibuit et id, quod pollicitus erat, praestitit.

1 Cap. IV. Huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est facta duabus virgulis oleaginis, quam quod amor civium, non vis expresserat, nullam habuit
2 invidiam magnaque fuit gloria. Bene ergo Pittacus ille, qui septem sapientum numero est habitus, cum Mytilenaei ei multa millia jugerum agri munera darent, *Nolite, oro vos,* inquit, *id mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiscant: quare ex istis nolo amplius, quam centum jugera, quae et meam animi aequitatem et vestram voluntatem indicent.* Nam parva munera diu-
3 tina, locupletia non propria esse consueverunt. Illa igitur corona contentus Thrasybulus neque amplius requisivit neque quemquam honore se antecessisse existima-
4 vit. Hic sequenti tempore, cum praetor classem ad Ciliciam appulisset neque satis diligenter in castris ejus
A. Ch. n. 390. agerentur vigiliae, a barbaris ex oppido noctu eruptione facta in tabernaculo interfectus est.

Cap. IV.

§. 1. *quam quod.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. — Dan.: *quia quod.* — Leid. 2: *qui quod.* — *non vis.* Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2: *et non vis.* — *magnaque fuit gloria.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. B. — Codd. Lamb. Ed. Ultr.: *magnaeque fuit gloriae.*

§. 2. *Mytilenaei ei.* Sic collocata sunt verba in Gu. et Ax. — Ed. Ultr. ut vulgo: *ei Mytilenaei.* — Gu. Voss. A: *Mitileni.* — Ax.: *Mityleni.* — Loid. 2: *Militeni.* — *jugerum agri munera.* Sic Voss. A. B. — Dan. Gu. Ax. Leid. 2: *jugerum et agri munera.* Ed. pr. Arg. utraq. Paris. Long. Ultr. Mag.: *jugerum agri et munera.* — *oro.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. 2. Boecl. Voss. B. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *rogo.* — *id mihi.* Sic Leid. 1. 2. Gu. Voss. B. Ed. Ultr. — Dan. Boecl. Ax. *id* om. — *consueverunt.* Gu. Leid. 2: *consuerunt.*

§. 4. *Ciliciam.* Sic Voss. B. — Ms. Long.: *Silicium.* — Gu.: *Sycilidm.* — Voss. A: *Ciciliam.* — Ax. Leid. 2. Ed. Ultr.: *Siciliam.* — *in castris ejus.* Leid. 2: *in castris suis.*

IX. CONON.

Argumentum.

Cap. I. *Peloponnesio bello bene meretur de re publica.* II. *Exsul Persis usui est adversus Lacedaemonios.* III. *Accusaturus Tissaphernen per litteras agit cum Artaxerxe.* IV. *Vincit Lacedaemonios ad Cnidum. Graecia liberatur et Athenarum muri reficiuntur.* V. *A Tiribazo in vincula conjicitur.*

Cap. I. *Conon* Atheniensis Peloponnesio bello accessit ad rem publicam in eoque ejus opera magni fuit. 1 Nam et praetor pedestribus exercitibus praefuit et praefectus classis res magnas mari gessit. Quas ob caussas praecipuus ei honos habitus est. Namque omnibus unus insulis praefuit. In qua potestate Pheras cepit coloniam Lacedaemoniorum. Fuit etiam extremo Peloponnesio 2 bello praetor, cum apud Aegos flumen copiae Atheniensium a Lysandro sunt devictae. a. Ch. n. 405. Sed tum abfuit eoque pejus res administrata est. Nam et prudens rei militaris, et diligens erat imperii. Itaque nemini erat his tempo- 3 ribus dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse.

Conon.

Cap. I.

§. 1. *Peloponnesio.* Voss. A. B: *Pelopponnessio.* — *in eoque ejus opera etc.* Sic Ax. Ed. Ultr. — Dan. Gu. Gif. Put.: *in eoque ejus opere magni fuit.* — Sav. Voss. A: *in eoque ejus opere magnus fuit.* — Leid. 2: *in eoque ejus opera magna fuit.* — Voss. B: *in eoque ejus operae magni fuit.* — *res magnas.* Dan. Gu. om. *res.* — Voss. B. Ax.: *et res magnas.* — Leid. 2. om. verba: *et praefectus — praefuit.* — *Pheras.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Boecl.: *speras.* — Voss. B: *Spaeras.*

§. 2. *Aegos.* Dan.: *Egos.* — Leid. 2: *egeos.* — *abfuit.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. B. Ed. Ultr. — Voss. A: *affuit.* — Ed. Lamb.: *afuit.*

§. 3. *diligens imperii.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. pr. — Leid. 1. Ax. Boecl. Ed. Ultr.: *diligens imperator.* — *adfuisset.* Dan.: *affuisset.*

1 Cap. II. Rebus autem afflictis cum patriam obsideri
audisset, non quaesivit, ubi ipse tuto viveret, sed unde
A. Ch. n. 399. praesidio posset esse civibus suis. Itaque contulit se ad
Pharnabazum, satrapem Ioniae et Lydiae eumdemque
generum regis et propinquum, apud quem ut multum
gratia valeret multo labore multisque effecit periculis.
2 Nam cum Lacedaemonii Atheniensibus devictis in socie-
tate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant, Age-
silaumque bellatum misissent in Asiam maxime impulsi
a Tissapherne, qui ex intimis regis ab amicitia ejus de-
fecerat et cum Lacedaemoniis coierat societatem, hunc
adversus Pharnabazus habitus est imperator, re quidem
vera exercitui praefuit Conon ejusque omnia arbitrio
3 gesta sunt. Hic multum ducem summum Agesilaum im-
pedivit saepeque ejus consiliis obstitit. Neque vero non
fuit apertum, si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro
4 tenus regi fuisse erepturum. Qui posteaquam domum a
suis civibus revocatus est, quod Boeotii et Athenienses
Lacedaemoniis bellum indixerant, Conon nihilo secius
apud praefectos regis versabatur hisque omnibus magno
erat usui.

1 Cap. III. Defecerat a rege Tissaphernes neque id

Cap. II.

§. 1. *tuto.* Voss. B. om. *tuto.* — *praesidio.* Ax.: *praesidium.* — *satrapem.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. aliae. — Vulgo: *satrapen.*

§. 2. *devictis.* Ax. Voss. B: *victis.* — *Agesilaumque.* Dan. Gu. Voss. A: *Hagesilaumque.* — Voss. B: *Agesylaumque.* — *Tissapherne.* Dan. Leid. 2: *Tinsapherne.* — *re quidem vera.* Voss. B: *re quid vera.*

§. 3. *Hic multum.* Sic Dan. Mendos. Boecl. Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ox. — Ed. Ultr. Long. aliae: *Hic militum.* — *apertum.* Leid. 2: *apparatum.*

§. 4. *quod Boeotii.* Ax.: *et Boetii* om. *quod.* — Voss. A. B. Leid. 2: *Boetii.* — *Lacedaemoniis bellum.* Leid. 2: *bellum Lacedaemoniis.* — *versabatur.* Leid. 2. Voss. A: *versebatur.* — *magno erat usui.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. *(erant)* Voss. A. Ed. pr. Ultr. utraq. Paris. Lamb. aliae. — Vulgo: *maximo erat usui.*

Cap. III.

§. 1. *Defecerat.* Verba: *defecerat* — *tam* desunt in Ax. —

tam Artaxerxi, quam ceteris erat apertum. Multis enim
magnisque meritis apud regem etiam cum in officio non
maneret valebat. Neque id mirandum, si non facile ad
credendum adducebatur reminiscens ejus se opera Cy-
rum fratrem superasse. Hujus accusandi gratia Conon 2
a Pharnabazo ad regem missus posteaquam venit, pri-
mum ex more Persarum ad chiliarchum, qui secundum
gradum imperii tenebat, Tithraustem accessit seque osten-
dit, cum rege colloqui velle. Nemo enim sine hoc ad- 3
mittitur. Huic ille, *nulla,* inquit, *mora est, sed tu deli-
bera, utrum colloqui malis, an per literas agere quae
cogitas; necesse est enim, si in conspectum veneris,
venerari te regem* (quod προσκύνησιν illi vocant); *hoc si
tibi grave est, per me nihilo secius editis mandatis
conficies quod studes.* Tum Conon, *Mihi vero,* inquit, 4

Tissaphernes. Dan.: *Thysiphernes.* — Voss. A: *Tysaphernes.* — Leid. 2: *Thisaphernes.* — *etiam cum.* Ax. Voss. B: *et cum.* — *neque id mirandum.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ax. Ed. Lamb. al.: *neque admirandum.* — Leid. 1: *neque id erat mirandum.* — *adducebatur.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Ax. Voss. B. — Voss. A. Ed. Ultr. al.: *inducebatur.*

§. 2. *posteaquam.* Sic Gu. — Ed. Lamb. Ultr. aliae: *postquam.* — *chiliarchum.* Dan. Gu.: *cheliarchum.* — Ax.: *cheliarchon.* — Leid. Voss. A: *Cheliarcum.* — *Tithraustem.* Sic Voss. B. Ed. Ultr. Lamb. al. — Gu. Leid. 2: *Tethraustem.* — Voss. A: *Tetranstem.* — Dan.: *Tethrausten* (!). — Ax.: *Thetrausten.* — Ed. Longol.: *Titharsten.*

§. 3. *nulla, inquit.* Sic Gu. Boecl. — Ed. Ultr. aliae vett.: *inquit, nulla.* — *agere.* Sic Dan. Gu. Gif. Mendos. Sav. Ax. Voss. A. Leid. 2. — Voss. B: *arege.* — Ed. Ald. Lamb. aliae: *edere.* — Ed. Ultr. Longol. utrumque om. — προσκύνησιν. Sic Dan. Leid. 1. Mendos. — Leid. 2: *prochynesin.* — Voss. A: *proschynesin.* — Gu.: *prochisnesin.* — Ax. cum graeco verbo *quod* om. — Vulgo: προσκυνεῖν.

§. 4. *mihi vero.* Sic Gu. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Ax. Boecl.: *enimvero.* — *inquit.* Ed. Ultr. om. — *honorem habere.* Ax.: *habere honorem.* — *ex ea.* Sic Dan. Mendos. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Ed. pr. Arg. utraq. Paris. Long. Mag. Lamb.: *ex ea civitate.* — *consuerit.* Sic Gu. Voss. B. Leid. 2. — Vulgo: *consuererit.* — *Itaque quae huic volebat etc.*

non est grave quemvis honorem habere regi, sed vereor, ne civitati meae sit opprobrio, si, cum ex ea sim profectus, quae ceteris gentibus imperare consuerit, potius barbarorum, quam illius more fungar. Itaque quae huic volebat scripta tradidit.

1 Cap. IV. Quibus cognitis rex tantum auctoritate ejus
A. Ch. n. 395. motus est, ut et Tissaphernem hostem judicarit et Lacedaemonios bello persequi jusserit et ei permiserit, quem vellet eligere ad dispensandam pecuniam. Id arbitrium Conon negavit sui esse consilii, sed ipsius, qui optime suos nosse deberet, sed se suadere Pharnabazo id ne-
2 gotii daret. Hinc magnis muneribus donatus ad mare est missus, ut Cypriis et Phoenicibus ceterisque maritimis civitatibus naves longas imperaret classemque, qua proxima aestate mare tueri posset, compararet dato ad-
3 jutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedaemoniis est nuntiatum, non sine cura rem administrant, quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam si cum barbaro solum contenderent. Nam ducem fortem et prudentem regis opibus praefuturum ac secum dimicaturum videbant, quem neque consilio neque copiis superare

---

Sic Gu. Leid. 1. Ax. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. — Leid. 2. Voss. A. B: *Itaque huic quae volebat.* — Lamb.: *Itaque quae volebat huic etc.*

Cap. IV.

§. 1. *ut et.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo *et* om. — *Tissaphernem.* Dan.: *Thysaphernem.* — *judicavit.* Sic Gu. Ed. Ultr. Par. Arg. Ald. Long. Lamb. — Vulgo: *judicaverit.*

§. 2. *Cypriis.* Dan.: *Cypris.* — *et Phoenicibus.* Ax. om. *et.* — *qua* Sic Dan. Gu. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. Lamb. — Ed. Mag. Keuchen. al.: *quae.* — *compararet.* Dan. Gu.: *comparare.* Gu Voss. A: *navis* pro *naves.*

§. 3. *administrarunt.* Gu.: *amministrarunt.* — Dan.: *amministrant.* — Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr.: *administrant.* — *fortem et.* Gu. Ax. Leid. 2. *et* om. — Ed. Ultr.: *fortem prudentemque.* — *regis opibus.* Sic Dan. Gu. Voss. A. Ed. Ultr. Paris. 1. Lamb. — Voss. B. Leid. 2. ut vulgo: *regiis opibus.* — *consilio.* Ax.: *consiliis.*

possent. Hac mente magnam contrahunt classem, pro- 4
ficiscuntur Pisandro duce. Hos Conon apud Cnidum
adortus magno proelio fugat, multas naves cepit, com-
plures deprimit. Qua victoria non solum Athenae, sed A. Ch. n. 395.
etiam cuncta Graecia, quae sub Lacedaemoniorum fuerat
imperio, liberata est. Conon cum parte navium in pa- 5
triam venit, muros dirutos a Lysandro utrosque et Pi- A. Ch. n. 394.
raeei et Athenarum reficiendos curat pecuniaeque quin-
quaginta talenta, quae a Pharnabazo acceperat, civibus
suis donat.

Cap. V. Accidit huic, quod ceteris mortalibus, ut 1
inconsideratior in secunda, quam in adversa esset for- A. Ch. n. 394.
tuna. Nam classe Peloponnesiorum devicta cum ultum
se injurias patriae putaret, plura concupivit, quam effi-
cere potuit. Neque tamen ea non pia et probanda fue- 2
runt, quod potius patriae opes augeri, quam regis maluit.
Nam cum magnam auctoritatem sibi pugna illa navali,
quam apud Cnidum fecerat, constituisset, non solum inter
barbaros, sed etiam omnes Graeciae civitatis clam dare
operam coepit, ut Ioniam et Aeoliam restitueret Athe-
niensibus. Id cum minus diligenter esset celatum, Tiri- 3

---

§. 4. *Pisandro.* Dan. Gu. Voss. A: *Pysandro.* — Ax. Ed. Arg. Par. Ald. Long. Mag.: *Lysandro.* — *Cnidum.* Gu. Ax. Leid. 2: *Gnydum.* — Voss. A. B: *Gnidum.* — *capit.* Gu.: *cepit.* — Leid. 2: *rapit.* — *complures.* Ax.: *quamplures.*

§. 5. *parte.* Leid. 2: *patre.* — *patriam.* Leid.: *papiram.* — *dirutos.* Voss. B: *dirrutos.* — *Piraeei.* Leid. 2. Voss. A: *Pirei.*

Cap. V.

§. 1. *inconsideratior.* Leid. 2: *consideratior.* — *Peloponnesiorum.* Voss. B: *Pelopannessiorum.* — *ultum.* Sic etiam Leid. 2. Voss. A. — Ed. Par. a. 1514. et Ald.: *ulcisci.* — *concupivit.* Ax.: *concupiit.* — Ax.: *quod patriae opes, quam regis augeri maluit.*

§. 2. *pugna illa.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ed. Keuch. al.: *pugna sua.* — *Cnidum.* Leid. 2. Voss. A: *Gnydum.* — *sed etiam omnes.* Sic Dan. Gu. Ax. Mendos. Boecl. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ald. et Lamb.: *sed etiam inter omnes.* — *civitates.* Sic Ax. al. et omnes edd. ante Heusing. — Gu.: *civitatis.* — *Aeoliam.* Leid. 2: *Edym.*

§. 3. *Id cum.* Leid. 2: *id quod.* — *celatum.* Dan. om. —

bazus, qui Sardibus praeerat, Cononem evocavit simulans
A. Ch. n. 394. ad regem eum [se] mittere velle magna de re. Hujus nuntio parens cum venisset, in vincula conjectus est, in
4 quibus aliquamdiu fuit. Inde nonnulli eum ad regem abductum ibique periisse scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit, illud addubitat utrum Tiribazo sciente, an imprudente sit factum.

X. DION.

Argumentum.

Cap. I. *Dionysiorum affinis et intimus.* II. *Platonis discipulus et amicus.* III. *Simultas Dionis et Dionysii junioris.* IV. *Corinthum devehitur. Ejus filius pessime educatur.* V. *Syracusarum potitus tyrannum ad pactiones adigit.* VI. *Heraclidis caede populum a se alienat.* VII. *Tyrannus non ferendus audit.* VIII. *Callicratis consilio decipitur.* IX. *Domi suae die festo jugulatur.* X. *Tumultus post ejus mortem et desiderium mortui.*

1 Cap. I. *Dion*, Hipparini filius, Syracusanus nobili genere natus utraque implicatus tyrannide Dionysiorum.

Tiribazus. Sic Voss. B. — Dan.: *Tyriabasus.* — Gu. Ed. Ultr.: *Tyriabazus.* — Leid. 2: *Tyriabarus.* — Voss. A: *Tiriabazus* — Ax.: *Tyrabarus.* — *eum se mittere velle.* Sic Ald. Long. Ed. Ultr. Lamb. al. — Gu. Ax. Voss. B. Ed. ult. Boecl. *se* om. — *magna de re.* Sic Dan. Gu. Gif. Sav. Ed. Ultr. — Ax. Put. Voss. B. Edd. vett.: *magna festinatione.* — *Hujus.* Dan. om. — *cum venisset.* Leid. 2: *convenisset.*

§. 4. *Inde nonnulli.* Sic Gu. Dan. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. Ed. Long. Ultr. — Edd. aliae *inde* om. — *ibique periisse.* Gu. Ed. Long.: *ibique eum periisse.* — Ax.: *ibique perisse.* — *Contra ea.* Sic Gu. Ax. — Leid. 2. Boecl. Voss. B. Ed. Ultr. *ea* om. — *Dinon.* Sic Gif. Voss. B. — Dan. Gu.: *Dynon.* — Ax. Put. Sav. Ed. Ultr.: *Dion.* — Leid. 2: *contra Cadyon.* — *illud addubitat.* Leid. 1: *illud autem dubitat.* — *Tiribazo.* Sic Dan. — Gu.: *Tyriabazo.* — Ax.: *Tyriabaro.* — *sit factum.* Voss. B: *factum sit.*

Dion.

Cap. I.

§. 1. *Hipparini.* Ax.: *Hipporini.* — *Aristomachen.* Ax. om. — *in matrimonio.* Ax.: *in matrimonium.* — *Nysaeum.* Gu.: *Niseum.* —

Namque ille superior Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio, ex qua duos filios, Hipparinum et Nysaeum, procreavit totidemque filias nomine Sophrosynen et Areten, quarum priorem Dionysio filio, eidem, cui regnum reliquit, nuptum dedit, alteram Areten Dioni.
Dion autem praeter nobilem propinquitatem generosamque majorum famam multa alia ab natura habuit bona, 2
in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas, magnam corporis dignitatem, quae non minimum commendatur, magnas praeterea divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dio- 3
nysio priori, neque minus propter mores, quam affinitatem. Namque etsi Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum propter necessitudinem, magis etiam suorum causa studebat. Aderat in magnis rebus ejusque consilio multum movebatur tyrannus, nisi qua in re major ipsius cupiditas intercesserat. Legationes vero omnes, 4
quae essent illustriores, per Dionem administrabantur, quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter admini-

---

Ed. Ultr.: *Nyseum* et in marg.: *Diod. Sic. vocat Narsaeum.* — *nomine.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Ed. Bos. — Edd. vett. et Ult.: *nomine* om. — *Sophrosynen.* Voss. A: *Sophormem.* — *Areten.* Sic Dan. — Gu. Voss. A. B: *Arethen.* — Leid. 2: *Arechen.* — Ax.: *Sophrosynen et Areten* om. — *regnum.* Ed. Ultr.: *et regnum.* — *nuptum.* Leid. 2: *nuptui.* — *Areten Dioni* Sic Dan. Gu. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Edd. Ald. Long. Lamb. *Areten* om.

§. 2. *famam.* Voss. A: *fama.* — *ab natura.* Sic Gu. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. Steph. al.: *a natura.* — *quae non minimum commendatur.* Sic omnes codd. — Lamb.: *quae non minimum commendat,* quod receperunt Gebh. Boecl. alii.

§. 3. *ei displicebat.* Sic codd. — Ed. Mag. Bos. Keuch. aliae: *ipsi displicebat.* — *salvum.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. Ed. pr. Ultr. aliae. — Utraq. Paris Ald. Lamb.: *salvum esse.* — Ed. Long. Mag. Bos. aliae: *salvum illum* etc.... *esse studebat.*

§. 4. *Legationes vero omnes.* Sic Gu. et omnes ante Boecl., qui *omnes* om. — *tegebat.* Sic Ax. Sav. Boecl. unus Bavar. Put. Voss. B. Ed. Ultr. Long. — Gu. Dan. Gif. Mendos. Leid. 2. Ed. Ald.: *tenebat.* — Bav. alter: *regebat.* — Voss. A. Lamb. Heus.: *leniebat.*

strando crudelissimum nomen tyranni sua humanitate te-
5 gebat. Hunc a Dionysio missum Carthaginienses suspexerunt, ut neminem umquam Graeca lingua loquentem magis sint admirati.

1 Cap. II. Neque vero haec Dionysium fugiebant. Nam quanto esset sibi oramento sentiebat. Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret neque eum secus diligeret ac
2 filium. Qui quidem cum Platonem Tarentum venisse fama in Siciliam esset perlata, adolescenti negare non potuit, quin eum arcesseret, cum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam magnaque
3 eum ambitione Syracusas perduxit. Quem Dion adeo admiratus est atque adamavit, ut se ei totum traderet. Neque vero minus Plato delectatus est Dione. Itaque cum a Dionysio crudeliter violatus esset, quippe quem venum dari jussisset, tamen eodem rediit ejusdem Dionis
4 precibus adductus. Interim in morbum incidit Dionysius, quo cum gravi conflictaretur, quaesivit a medicis Dion *quemadmodum se haberet* simulque ab his petiit, *si forte majori esset periculo, ut sibi faterentur*, nam

---

§. 5. *suspexerunt.* Sic Dan. Gu. Ax. Sav. Gif. Put. Voss. B. Ed. Ultr. — Voss. A. Leid. 2. Edd. vett.: *susceperunt.*

Cap. II.

§. 1. *maxime.* Leid. 2. Voss. A. Ax.: *magis.* — Sic quoque Gu., sed supra scriptum *maxime.*

§. 2. *potuit.* Sic Gu. Ed. Ultr. al. — Ax. Boecl. Voss. B: *potuerit.* — *arcesseret.* Dan, Gu. Ed. Ultr.: *accerseret.* — Ax.: *accersiret.* — *ergo.* Ed. Ultr. et *ergo* et *eum* om. — *magnaque.* Voss. B: *magnosque.* — *se ei totum.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. — Vulgo: *se totum ei.*

§. 3. *minus Plato.* Ax.: *Plato minus.* — Ed. Ultr.: *minus ipse Plato.* — *a Dionysio.* Sic Leid. 2. — Vulgo: *Dionysio tyranno.* Sed vox *tyranno* etiam in Gu. ut spurium punctis notatum est. — *jussisset.* Edd. Long. Mag.: *jussit.* — *ejusdem Dionis.* Ax. Voss. B: *ejusdem Dionysii.*

§. 4. *gravi.* Sic Dan. Mendos. Gu. duo Bavar. Sav. Ax. Leid. 2. Ox. Ed. Long. Ultr., quae tamen in marg.: *Fort. graviter vel gravius.* — Edd. vett.: *graviter.* — *periculo.* Ed. Lamb. Steph.: *in periculo.*

velle se cum eo colloqui de partiendo regno, quod so-
roris suae filios ex illo natos partem regni putabat de-
bere habere. Id medici non tacuerunt et ad Dionysium 5
filium sermonem retulerunt. Quo ille commotus, ne
agendi esset Dioni potestas, patri soporem medicos dare
coegit. Hoc aeger sumto ut somno sopitus diem obiit
supremum.

Cap. III. Tale initium fuit Dionis et Dionysii simul- 1
tatis eaque multis rebus aucta est, sed tamen primis
temporibus aliquamdiu simulata inter eos amicitia mansit.
Cum Dion non desisteret obsecrare Dionysium, *ut Pla-
tonem Athenis arcesseret* et *ejus consiliis uteretur,*
ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem [ei]
gessit. Eodemque tempore Philistum historicum Syra- 2
cusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno, quam

---

§. 5. *ad Dionysium filium.* Leid. 2: *ad Dionysium suum filium.* — Ax.: *ad Dionysii filium.* — *sermonem.* Ed. Ultr. in marg.: *Arbitror leg. seniorem.* — *ne agendi esset Dioni potestas.* Sic Gu. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. editi, qui scripsit: *ne agendi cum eo esset Dioni potestas.* — Cod. Boecl. tamen ot Ax. *ut* pro *ne* habent. — *Hoc ergo.* Sic Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. et omnes ante Lamb. — Gu. Ed. Ultr. Lamb.: *Hoc aeger.* — *ut.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 1. Voss. A. Ed. Ultr. — Vett. edd. om. *ut.*

Cap. III.

§. 1. *simulata inter eos.* Ax.: *inter eos simulata amicitia mansit.* — *Cum.* Sic Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. Long. Mag. Arg. aliae. — Voss. B. ut vulgo: *Cumque.* — *non desisteret.* Boecl. Voss. B. *non* om. — Ed. Lamb. aliae: *non desineret.* — *arcesseret.* Ax.: *accerseret.* — *ille qui.* Ax.: *ille quod.* — *vellet.* Leid. 2: *velit.* — *patrem imitari.* Ax. Voss. B: *imitari patrem.* — *morem ei gessit.* Leid. Voss. A: *morem gessit ei.* — Ax. Voss. B. *ei* om.

§. 2. *Philistum.* Voss. A: *Phylistum.* — *reduxit.* Ax. Voss. B: *duxit.* — *quam tyrannis.* Sic omnes codd. et Ed Ultr. — Ed. Par. 1514. Ald. Lamb. aliae ut vulgo: *tyrannidi.* — *in eo meo.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. — Dan. et Leid. 1. *meo* om. — Ed. Ultr.: *in eo libro plura sunt exposita, qui de historicis Graecis a me conscriptus est.* — *historicis Graecis.* Sic Gu. Voss. A. B. Leid. 2. Mendos. Sav. Venet. ap. Mag. Ed. Ultr. — Ax. et vett. Edd. Ald. Long. Lamb. Arg. Par. aliae *Graecis* om.

tyrannis. Sed de hoc in eo meo libro plura sunt expo-
3 sita, qui de historicis Graecis conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit valuitque eloquentia, ut ei persuaserit tyrannidis facere finem libertatemque reddere Syracusanis. A qua voluntate Philisti consilio deterritus aliquanto crudelior esse coepit.

1 Cap. IV. Qui quidem cum a Dione se superari vi-
A. Ch. n. 358. deret ingenio, auctoritate, amore populi, verens, ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, navem ei triremem dedit, qua Corinthum deveheretur, ostendens se id utriusque facere causa, ne, cum
2 inter se timerent, alteruter alterum praeoccuparet. Id cum factum multi indignarentur magnaeque esset invidiae tyranno, Dionysius omnia quae moveri poterant Dionis in navis imponit ad eumque misit. Sic enim existimari volebat id se non odio hominis, sed suae salutis fecisse
3 causa. Postea vero quam audivit eum in Peloponneso manum comparare sibique bellum facere conari, Areten, Dionis uxorem, alii nuptum dedit filiumque ejus sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupidi-
4 tatibus. Nam puero, priusquam pubes esset, scorta adducebantur, vino epulisque obruebatur neque ullum
5 tempus sobrio relinquebatur. Is usque eo vitae statum

---

§. 3. *ei persuaserit.* Sic Gu. Voss. A. B. Leid. 2. alii. Ed. Ultr. — Edd. Ald. Mag. Lamb. aliae *ei* om.

Cap. IV.

§. 1. *sui daret opprimendi.* Ed. Ultr.: *daret sui opprimendi.*

§. 2. *esset invidiae.* Gu. Ax.: *essent invidiae.* — *in navis.* Sic Gu. Ax. Leid. Voss. A. B. — Dan. Ed. Ultr.: *naveis.* — Ed. Long. Mag. Steph.: *in navi.* — *imponit.* Sic Ax. Dan. (?) Voss. B. Ed. Ultr. Long. — *eumque.* Leid. 2: *eum quia.* — *volebat.* Voss. B: *volebant.*

§. 3. *Peloponneso.* Voss. A. B: *Peloponnesso.* — *Areten.* Voss. A: *Arethen.*

§. 5. *vitae statum.* Ax.: *statum vitae.* — *postquam in patriam rediit etc.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Long.: *Is vero, posteaquam in patriam rediit pater, usque eo vitae statum commutatum (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent)*

commutatum ferre non potuit, postquam in patriam rediit pater (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent), ut se de superiore parte aedium dejecerit atque ita interierit. Sed illuc revertor.

Cap. V. Postquam Corinthum pervenit Dion et eo- 1
dem perfugit Heraclides ab eodem expulsus Dionysio, A. Ch. n. 357.
qui praefectus fuerat equitum, omni ratione bellum comparare coeperunt. Sed non multum proficiebant, quod 2
multorum annorum tyrannis magnarum opum putabatur. Quam ob causam pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam suis copiis, quam odio 3
tyranni maximo animo, duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus profectus oppugnatum (quod omnibus gentibus admirabile est visum), adeo facile perculit, ut post diem tertium quam Siciliam attigerat Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest nullum esse imperium tutum nisi benevolentia munitum. Eo tempore aberat Dionysius et in Ita- 4
lia classem opperiebatur adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum; quae res eum fefellit. Nam Dion iis ipsis, qui sub adversarii fuerant po- 5

---

ferre non potuit, ut se superiore parte aedium dejecerit atque ita interierit. — Ed. Par. 1. Ald. Lamb. habent *ut postquam* particula *ut* post parenthesin omissa. — *de superiore.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax. Voss. A. B. *de* om. — Lamb. eumque secuti: *e superiore.* — *illuc.* Voss. B: *illud.* — Ax.: *ad illud.* — *revertor.* Gu.: *revortor.*

Cap. V.

§. 2. *multorum annorum tyrannis.* Sic em. Lamb. — Codd. et vett. Edd.: *tyrannus.* — *magnarum.* Voss. A: *magnorum.*

§. 3. *centum.* Sic Gu. et alii. — Ed. Ultr. cum cett. ante Boecl.: *centumque.* — *visum.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Leid. 1: *ausum.* — *perculit.* Leid. 2: *pertulit.* — *Siciliam.* Voss. B: *in Siciliam.* — *attigerat.* Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr.: *attigerit.*

§. 4. *ratus.* Ed. Ultr. Long. Mag. hunc locum ita distinguunt: *opperiebatur adversariorum, ratus.*

§. 5. *iis ipsis.* Sic Voss. A. — Gu. Ax. Ed. Ultr. Long.

testate, regios spiritus repressit totiusque ejus partis Siciliae potitus est, quae sub Dionysii fuerat potestate, parique modo urbis Syracusarum praeter arcem et insu-
6 lam adjunctam oppido eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: *Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas Apollocrates,* cui maximam fidem uni habebat [Dion].

1 Cap. VI. Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio, quod fortuna sua mobilitate quem paulo ante extulerat demergere est adorta.
2 Primum in filio, de quo commemoravi supra, suam vim exercuit. Nam cum uxorem reduxisset, quae alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perdita luxuria, accepit gravissimum parens vulnus morte filii.
3 Deinde orta dissensio est inter eum et Heraclidem, qui

Ald. al.: *his ipsis.* — *fuerant potestate.* Leid. 2: *fuerant potestati.* — *quae sub Dionysii fuerat potestate.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Edd. ante Bosium omnes: *quae sub Dionysii potestate fuerat.* — Bosius sine ulla codd. auctoritate dedit: *quae sub potestate Dionysii fuerat.* — Ed. Ult.: *tota ea Siciliae parte.* — *urbis.* Ed. Ult.: *urbe.*

§. 6. *Apollocrates.* Ax.: *Hypolicrates.* — Voss. A: *Apollochrates.* — Voss. B: *Hypollocrates.* — *maximam.* Ed. Ultr.: *maxime.* — *habebat.* Gu. Leid. 1. Ax. Voss. A. Ed. Ultr.: *habebat Dion.* — Lamb.: *habebat Dionysius.*

Cap. VI.

§. 1. *quod fortuna.* Leid. 2. *quod* om. — *quem.* Cod. Boecl.: *quae.*

§. 2. *in filio.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. Voss. A. Ed. pr. — Voss. B. Ax. Ed. Ultr. Long. al.: *in filium.* —, *suam vim.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. Ed pr. — Leid. 2. Voss. A: *vim suam.* — Ax.: *saevitiam suam.* — Ed. Arg. Long.: *suam saevitiam.* — *gravissimum.* Leid. 2: *gratissimum.* — *parens.* Leid. 1. om.

§. 3. *dissensio est.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Ax. Voss. A. B. — Ed. Ultr. (in marg.: *Al. dissensio est)* Long. Mag. Steph. Lamb. aliae: *dissensione* omisso *est.* — *qui quod.* Sic Gu. Voss. A. (!) — Ax.: *que quidem.* — Voss. B: *quae quidem.* — Voss. A: *quique* (!). — Ed. Ultr. cum Edd. ante Lamb.: *qui quidem.* — Lamb.: *qui Dioni principatum non concedens.* — *neque is.* Sic codd. — Lamb.: *neque enim.*

quod principatum non concedebat, factionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates, quorum consensu praeerat classi, cum Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit hoc animo aequo Dion et versum il- 4
lum Homeri retulit ex secunda rhapsodia, in quo haec sententia est: *Non posse bene geri rem publicam multorum imperiis.* Quod dictum magna invidia consecuta est. Namque aperuisse videbatur omnia in sua potestate esse velle. Hanc ille non lenire obsequio, sed acerbitate 5
opprimere studuit, Heraclidemque, cum Syracusas venisset, interficiundum curavit.

Cap. VII. Quod factum omnibus maximum timorem 1
injecit. Nemo enim illo interfecto se tutum putabat. Ille autem adversario remoto licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensisse, militibus dispertivit. Qui- 2
bus divisis cum quotidiani maximi fierent sumtus, celeriter pecunia deesse coepit neque quo manus porrigeret suppetebat nisi in amicorum possessiones. Id ejusmodi erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret optimates. Quarum rerum cura frangebatur et insuetus male au- 3

---

§. 4. *hoc.* Ed. Ald. Lamb. om. — *Dion.* Boecl. Voss. B. om. — *rapsodia.* Ed. Ultr. inserit: *Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.* — *geri.* Mendos.: *regi.* — *videbatur omnia.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Long. ed.: *omnia videbatur.* — Ed. pr. Ald. utraq. Par.: *se omnia videbatur.* — Lamb.: *videbatur se omnia.*

§. 5. *interficiundum.* Sic Gu. Voss. A. — Vulgo: *interficiendum.*

Cap. VII.

§. 2. *quo manus.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Bavarr. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ax. Boecl.: *quo minus.* — Ed. Long.: *neque amplius quod porrig. etc.* — *suppetebat.* Voss. B: *supputebat.* — Ed. Ultr.: *suppeditabat.* — *in amicorum.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. — Voss. B. Ed. Long. *in* om. — *ejusmodi.* Sic Gu. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl., qui primus *hujusmodi* dedit, quod in Voss. B. quoque legitur.

§. 3. *ab iis.* Gu. Ax. Ed. Ultr. Arg. Par. Long. aliae: *ab his.* — Gu.: *animo aequo.* — *fuerat.* Ax. om. — *militum.* Ax.: *multum.*

diendi non aequo animo ferebat de se ab iis male existimari, quorum paullo ante in coelum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem offensa in eum militum voluntate liberius loquebatur et *tyrannum non ferendum* dictitabat.

1 Cap. VIII. Haec ille intuens cum quemadmodum sedaret nesciret et quorsum evaderent timeret, Callicrates quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus et ad fraudem acutus sine ulla religione ac fide adit ad Dionem
2 et ait eum [in] magno periculo esse propter offensionem populi et odium militum, quod nullo modo evitare posset nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum, quem si invenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum adversariosque sublaturum, quod ini-
3 mici ejus dissidentis suos sensus aperturi forent. Tali consilio probato excepit has partes ipse Callicrates et se armat imprudentia Dionis, ad eum interficiundum socios conquirit, adversarios ejus convenit, conjuratione confir-
4 mat. Res multis consciis quae gereretur elata defertur

Cap. VIII.

§. 1. *intuens.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Ax. Gif. Boecl. Ed. Long.: *metuens.* — *evaderent.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Voss. A. Ed. Arg. Par. Ald. Long. Lamb.: *evaderet.* — *Callicrates.* Leid. 2: *Chalycrates.* — Voss. A: *Chalicrates.* — *adit.* Ax. Ed. Ultr.: *adiit.*

§. 2. *magno periculo.* Sic Ax. Voss. B. Boecl. Bavv. Ernst. — Ed. Ultr. et pleraeq.: *in magno periculo.* — Gu.: *magno in periculo.* — *odium.* Boecl. Voss. B: *odio.* — *illi.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Leid. 1. *illi* om. — *si invenisset.* Sic Gu. Leid. 1. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Paris. 1. Lamb.: *quem invenisset.* — *quod.* Leid. 2: *qui.* — *dissidentis.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Arg. Par. Ald. — Ed. Ultr.: *dissidentes.*

§. 3. *excepit.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *excipit* dedit. — *interficiundum.* Sic Gu. — Vulgo: *interficiendum.* — *conjuratione.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. Ed. Lamb. Ald. Ed. pr. utraq. Par. — Ed. Long. Ult. ut vulgo: *conjurationem.*

§. 4. *defertur.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed.

ad Aristomachen sororem Dionis uxoremque Areten. Illae timore perterritae conveniunt, cujus de periculo timebant. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quae agerentur, fieri praecepto suo. Mulieres nihilo 5
secius Callicratem in aedem Proserpinae deducunt ac jurare cogunt *nihil ab illo periculi fore Dioni.* Ille hac religione non modo non est deterritus, sed ad maturandum concitatus est verens, ne prius consilium suum aperiretur, quam conata perfecisset.

Cap. IX. Hac mente proximo die festo, cum a con- 1
ventu se remotum Dion domi teneret atque in conclavi A. Ch. n. 355.
edito recubuisset, consciis facinoris loca munitiora oppidi tradit, domum custodibus sepit, a foribus qui non

---

Long. Ultr. aliae. — Ed. Lamb. aliae: *refertur.* — *conveniunt.* Sic Codd. — Ed. Long. al.: *illum conveniunt.* — *cujus de.* Sic Dan. Gu. Ax. alii. Ed. Ultr. — Ed. Long.: *quod ejus de.* — *agerentur.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. — Ax. Boecl. Voss. B: *gererentur.*

§. 5. *nihil ab illo periculi fore Dioni.* Boecl.: *nunquid ab illo periculi fore Dioni.* — Ax.: *nunquid ab illo periculum foret Dioni.* — *non modo non est deterritus.* Sic Gu. Ax. Voss. B. — Vulgo: *non modo non deterritus.* — Leid. 2. (?) Ed. Lamb.: *non modo ab incepto non deterritus;* tamen verba *ab incepto* in libb. Dan. Leid. 1. Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. et omnibus ante Lamb. editis absunt. — *consilium aperiretur suum.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. et omnes ante Bos., qui *consilium suum aperiretur* edidit.

Cap. IX.

§. 1. *se remotum.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *remotum se* dedit. — *consciis facinoris.* Sic Leid. 1. Gu. Ax. Boecl. Ed. Long. Ultr. — Leid. 2: *cum sociis.* — Voss. A: *consociis.* — *tradit.* Sic Dan. Leid. 1. 2. Gu. Boecl. — Edd. Long. Ald. Lamb. aliae: *tradidit.* — *sepit.* Sic Dan. Leid. 1. Ed. Ultr. — Gu. Ax. Boecl. Edd. Long. Ald. Lamb. aliae: *sepsit.* — *custodibus.* Voss. B. Boecl. Ed. Ultr.: *custodiis.* — *discedant.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ed. Lamb. Long. aliae: *discederent.* — Ed. Ald. Arg. Par.: *discedebant.* — *certos.* Voss. B: *ceteros.* — *praeficit.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Ed. Long. Ald. Lamb. aliae: *praefecit.*

2 discedant certos praeficit, navem triremem armatis ornat
Philostratoque fratri suo tradit eamque in portu agitari
jubet, ut si exercere remiges vellet, cogitans, si forte
consiliis obstitisset fortuna, ut haberet quo fugeret ad sa-
3 lutem. Suorum autem e numero Zacynthios adolescen-
tes quosdam eligit cum audacissimos tum viribus maxi-
mis hisque dat negotium, ad Dionem eant inermes, sic
4 ut conveniendi ejus gratia viderentur venire. Hi propter
notitiam sunt intromissi. At illi ut limen ejus intrarunt,
foribus obseratis in lecto cubantem invadunt, colligant;
5 fit strepitus, adeo ut exaudiri possit foris. Hic, sicut ante
saepe dictum est, quam invisa sit singularis potentia et
miseranda vita, qui se metui quam amari malunt, cuivis
6 facile intellectu fuit. Namque illi ipsi custodes si pro-

---

§. 2. *navem triremem armatis.* Boecl. Ax. Voss. B: *navem armatam triremes armatis.* — *Philostratoque.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Mendos. Leid. 2. Voss. A. — Voss. B: *Philostratosque.* — Ed. Ald. Mag. Lamb. aliae: *Philocratique.* — Ed. Med. Arg. Par. Long.: *Philocratoque.* — Ed. Ultr. *et* om. — *tradit.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Boecl. Ax. Ed. Long.: *tradidit* — *si forte.* Leid. 2: *si a.* — *quo fugeret.* Sic Gu. Ax. Codd. Staver. — Dan. Ed. Ultr.: *qua.*

§. 3. *Suorum.* Ax.: *servorum.* — *Zacynthios.* Sic Ed. Mag. Lamb. seqq. — Voss. B: *Zachyntinos.* — Dan.: *Zaguntios.* — Gu.: *Zaguntinos.* — Leid. 2. Voss. A: *Zagunthinos.* — Ox.: *Saguntinos.* Ed. Long. Ultr.: *Zacynthinos;* et in marg.: *Fort. Zacynthios, ut Corinthios.* — *eligit.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. — Leid. 2. Ed. Ultr. Par. Long. Lamb. aliae: *elegit.* — *cum audacissimos.* Ax. Ultr.: *tum audacissimos.* — *ad Dionem.* Sic Leid. 1. 2. Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. — Ed. Ultr. Long. Lamb. aliae vett.: *ut ad Dionem.* — *eant.* Voss. B: *erant.* — *sic ut.* Sic Gu. Ax. et omnes ante Bos. editi. — Leid. 1: *sic uti.*

§. 4. *intrarunt.* Sic Voss. B. Leid. 2. — Dan. Gu. Voss. A. (in quo tamen supra notatum erat *intrarant*) Ed. Ultr.: *intrarant.* — Ed. Ultr. *ejus* om. — *posset.* Gu. Ed. Long. Mag. Steph. aliae: *possit.*

§. 5. *ante saepe.* Sic Gu. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Ax. Boecl. Voss. B. *saepe* om. — *qui se.* Ax.: *que se.* — Voss. B: *quae.* — *cuivis.* Ax.: *cujus.*

§. 6. *propria.* Sic Dan. Ax. Ed. Ultr. Arg. Med. — Ed.

pria fuissent voluntate foribus effractis servare eum potuissent, quod illi inermes telum foris flagitantes vivum tenebant. Cui cum succurreret nemo, Lyco quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est.

Cap. X. Confecta caede cum multitudo visendi gra- 1
tia introisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur:
nam celeri rumore dilato Dioni vim allatam, multi con-
currerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa su-
spicione ducti immerentes, ut sceleratos, occidunt. Hu- 2
jus de morte ut palam factum est, mirabiliter vulgi mu-
tata est voluntas. Nam qui vivum eum *tyrannum* voci-
tarant, eidem *liberatorem patriae tyrannique expulsorem*
praedicabant. Sic subito misericordia odio successerat,
ut eum suo sanguine ab Acherunte si possent cuperent
redimere. Itaque in urbe celeberrimo loco elatus pu- 3
blice sepulcri monumento donatus est. Diem obiit cir-
citer annos quinquaginta quinque natus, quartum post
annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

Ald.: *propiore.* — Gu. ut vulgo: *propitia.* — *succurreret nemo.* Ax.: *nemo succurreret.* — *Lyco.* Sic Long. seqq. — Dan. Gu. Voss. A. Leid. Ed. Ultr.: *Lygo.* — Ax. Voss. B: *Ligo.*

Cap. X.

§. 1. *introisset.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. — Ed Long. Ultr. Ald. Par. Arg. Mag. Steph.: *introiisset.* — Ed. Lamb.: *introivisset.* — *dilato.* Gu. Ax. Leid. Voss. A. B: *delato.* — *immerentes.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. Boecl. tres Mss. Schott. Ed. Ultr. — Voss. A: *irruentes.* — Ed. Long. Arg. Par. omnino omnes ante Boecl.: *immerentes inermes.*

§. 2. *mutata.* Sic Leid. 1. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Gu.: *facta* et supra scriptum: *multata.* — Ed. Lamb.: *immutata.* — *vivum eum.* Ed. Ultr.: *eum vivum.* — *eidem.* Sic Gu. — Ax. Voss B: *iidem.* — Ed. Ultr. aliae: *eundem.* — *subito.* Ed. Ultr.: *subita.* — *ab Acherunte, si possent.* Sic Dan. Gu. Gif. Voss. A.; in Gu. et Gif. scriptum est *Acheruute;* in Dan. (Voss. A.?) *Acheronte.* — Vulgo: *si possent ab Acheronte.*

§. 3. *quinquaginta quinque.* Ax.: *quinquagesimos quintos.* — *quam.* Leid. 2: *qui.* — *Peloponneso.* Voss. A. B: *Peloponnesso.*

XI. IPHICRATES.

Argumentum.

Cap. I. *Disciplina militari nobilis.* II. *Ejus expeditiones bellicae. Ad Corinthum. Adversus Aegyptios. Adversus Arcadas.* III. *Ejus indoles et dotes.*

1 Cap. I. *Iphicrates* Atheniensis non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne de majoribus natu quidem
2 quisquam anteponeretur. Multum vero in bello est versatus, saepe exercitibus praefuit, nusquam culpa [sua] male rem gessit, semper consilio vicit tantumque eo valuit, ut multa in re militari partim nova attulerit partim
3 meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mutavit. Cum ante illum imperatorem maximis clypeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur, ille e contrario peltam

---

Iphicrates.

Cap. I.

§. 1. *Iphicrates.* Leid. 2: *Hiphicrates.* — *non tam magnitudine etc.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. Bavv. Mag. Sav. Mendos. Ed. Ultr. — Ms. Ernst.: *non tam genere, quam magnitudine rerum gestarum disciplinaque militari.* — Ed. Lamb. aliae: *non tam genere aut magnitudine rerum gestarum, quam etc.* — Ed. Long: *non tam genere, quam magnitudine rerum gestarum, quam etc.* — *natu quidem.* Voss. A: *quidem natu.*

§. 2. *est versatus.* Sic Gu. Ax. et praeter Boecler. omnes Edd. — Ed. Boecl. *est* om. — *culpa* [*sua*]. Dan. Gif. Ed. Long. *sua* addunt. — Gu. Ax. Codd. Staver. Ed. Ultr. Lamb. Ald. Par. Mag. Arg. *sua* omittunt. — *consilio.* Ax.: *consilio prudentia.* — *eo valuit.* Leid. 2: *convaluit.* — *multa.* Ax. Boecl. *multa* om.; Gu. Leid. 2. Edd. omnes *multa* habent.

§. 3. *mutavit. Cum etc.* Sic hunc locum Heusing. interpunxit. Cf. XXII, 1, 2. Alii minus recte: *mutavit, cum,* et in seqq. post *uterentur* puncto posito. — *brevibus.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Par. Lamb. aliae: *brevibusque.* — *minutis gladiis.* Leid. 2: *minutis gladiisque.* — *e contrario.* Sic Gu. Bavv. et fortasse omnes, Ed. Ultr. — Lamb.: *contrario.* — *a quo.* Lamb.: *a qua.* — *postea.* Ed. Ultr. om. — *πελτασταί.* Sic Ed. Ultr. — Ceterae: *peltaste.*

pro parma fecit, a quo postea πελτασταί pedites appellantur, ut ad motus concursusque essent leviores. Hastae modum duplicavit, gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutavit et pro sertis atque aeneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit. Nam 4
pondere detracto quod aeque corpus tegeret et leve esset curavit.

Cap. II. Bellum cum Threcibus gessit, Seuthen so- 1
cium Atheniensium in regnum restituit. Apud Corinthum A. Ch. n. 393.
tanta severitate exercitui praefuit, ut nullae umquam in Graecia neque exercitatiores copiae neque magis dicto 2
audientes fuerint duci, in eamque consuetudinem adduxit, ut, cum proelii signum ab imperatore esset datum, sine ducis opera sic ordinatae consisterent, ut singuli ab peritissimo imperatore dispositi viderentur. Hoc exercitu 3
moram Lacedaemoniorum interfecit, quod maxime tota celebratum est Graecia. Iterum eodem bello omnes co-

---

§. 4. *Idem.* Leid. 2: *idemque.* — *mutavit.* Gu. Ax. Boecl. Leid. Voss. A. B. Ed. Ultr. Ed. pr. Arg. utraq. Par. om.; Ed. Ultr. in marg. habet: *Deest mutavit* vel simile quiddam. — *sertis.* Sic Dan. Gu. Ax. Bavv. Mendos. Sav. Gif. Boecl. Put. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. Mag. Lamb. aliae: *ferreis.* — *aeneis.* Dan. Gu: *aenis.* — *linteas.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. Ox.(!) Ed. Ultr. — Voss. A: *lintheas.* — Ed. Ald. Mag. Lamb. aliae: *lineas.* — *dedit.* Leid. 2: *desedit.* — *expeditiores.* Voss. B: *expeditores.* — *pondere detracto.* Bav. 1: *pondere tantum detracto.* — *quod aeque.* Sic Gu. Ax. Mendos. Ed. Ultr. — Bav. 2: *quodque.* — Lamb.: *ut aeque corpus tegerent et leves essent.*

Cap. II.

§. 1. *Seuthen.* Sic Gu. Ax. — Voss. A. Leid. 2. Ed. Long. Mag.: *Seuthem.* — Ed. Ald. al.: *Scothym.*

§. 2. *adduxit.* Leid. 2. Ed. Ultr.: *induxit.* — *ordinatae.* Dan. Ax. Boecl.: *ordinate,* ex librariorum consuetudine literam *e* pro *ae* scribentium. — *ab peritissimo.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. Steph. al.: *a peritissimo.*

§. 3. *interfecit.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. Mendos. Put. — Sav. Bav. 2. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. Ald. Par. Long. Lamb. al.: *intercepit.* — Bav. 1: *interfuit.* — *quod maxime.* Sic Dan. Gu. al. et Ed. Ultr. — Long. dedit: *quod ipsum maxime.* — *adeptus est.* Voss. A. *est* om.

pias eorum fugavit: quo facto magnam adeptus est glo-
4 riam. Cum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre vo-
A. Ch. n. 374. luit, Iphicratem ab Atheniensibus ducem petivit, quem
praeficeret exercitui conductitio, cujus numerus duode-
cim milium fuit. Quem quidem sic omni disciplina mi-
litari erudivit, ut, quemadmodum quondam *Fabiani* mili-
tes Romani appellati sunt, sic *Iphicratenses* apud Graecos
5 in summa laude fuerint. Idem subsidio Lacedaemoniis
A. Ch. n. 369. profectus Epaminondae retardavit inceptus. Nam nisi
ejus adventus appropinquasset, non prius Thebani Sparta
abscessissent, quam captam incendio delessent.

1 Cap. III. Fuit autem et animo magno et corpore
imperatoriaque forma, ut ipso adspectu cuivis injiceret
2 admirationem sui. Sed in labore nimis remissus parum-
que patiens, ut Theopompus memoriae prodidit; bonus
vero civis fideque magna. Quod cum in aliis rebus de-
A. Ch. n. 370. claravit tum maxime in Amyntae Macedonis liberis tuen-
dis. Namque Eurydice, mater Perdiccae et Philippi, cum

---

§. 4. *voluit.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Voss. A: *noluit.* — Ed. Long. Mag. al.: *voluisset.* — *Iphicratem.* Dan.: *Ipsicratem.* — *ducem petivit.* Sic Ax. Voss. A. — Gu.: *sibi ducem petivit.* — Voss. B: *ducem petit.* — Vulgo: *petivit ducem.* — *conductitio.* Sic Dan. Gu. Mag. Sav. Gif. Put. Bav. 1. — Bav. 2. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ald. Mag. Lamb. al.: *conducto.* — *quem quidem.* Ax. Voss. B: *quosque.* — *omni disciplina.* Voss. B: *omnium disciplina;* et in marg.: *al. omni disciplina.* — *fuerint.* Ax. Voss. A. B. Leid. 2: *fuerunt.*

§. 5. *inceptus.* Sic Gu. — Sav. Gif. Mendos. Voss. A: *incoeptus.* — Dan.: *interceptus.* — Ax. Thott. Ed.: *impetus,* quod etiam omnes ante Bos. edit. habent. — *nisi.* Ax.: *in* (i. e. *ni*).

Cap. III.

§. 1. *nimis remissus.* Sic Dan. Gu. Ax. — Codd. Staver.: *remissus nimis.*

§. 2. *declaravit.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. al.: *declaraverit.* — *Amyntae.* Voss. A. B: *Amynthae.* — *Eurydice.* Gu. Voss. A. Ed. Ultr.: *Euridice.* — Leid. 2: *Erudice.* — *pueris.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. Steph. al.: *liberis.* — *Iphicratem.* Voss. B: *Iphicraten.*

his duobus pueris Amynta mortuo ad Iphicratem confugit ejusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem 3
placatis in se suorum civium animis. Caussam capitis semel dixit bello sociali simul cum Timotheo eoque judicio est absolutus. Menesthea filium reliquit ex Thressa 4
Coti regis filia. Is cum interrogaretur, utrum pluris pa- A. Ch. n. 356.
trem matremne faceret, matrem inquit. Id cum omnibus mirum videretur, at ille, merito, inquit, facio. Nam pater, quantum in se fuit, Threcem me genuit, contra ea mater Atheniensem.

XII. CHABRIAS.

Argumentum.

Cap. I. ***Novo pugnandi genere celeber.*** **II.** ***Ejus bella in Aegypto; in Cypro; classi Aegyptiae praeest.*** **III.** ***Domum revocatur; propter invidiam plerumque abest.*** **IV.** ***In bello sociali occumbit desertus a suis.***

Cap. I. *Chabrias* Atheniensis. Hic quoque in sum- 1
mis habitus est ducibus resque multas memoria dignas gessit. Sed ex his elucet maxime inventum ejus in proelio, quod apud Thebas fecit, cum Boeotiis subsidio

---

§. 4. ***Menestea.*** **Gu. Ax. Leid. Voss. A. B:** ***Menesta.*** **—** ***Thressa.*** **Voss. A. Bavv.:** ***Tharsa.*** **— Voss. B. Leid. 2:** ***Tarsa.*** **—** ***natum.*** **Ed. Ultr. om. —** ***Coti.*** **Dan. Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2:** ***Cothi.*** **— Ed. Long.:** ***Cotiis.*** **— Ed. Ultr.:** ***Cotyis.*** **— Cett. vett. edd.:** ***Coti.*** **—** ***pluris.*** **Sic Ed. Long. Ultr. — Dan. Gu. Ax. Voss. B. Bav. 1:** ***plus.*** **—** ***matremne.*** **Sic Dan. Gu. Ed. Lamb. — Ax. Voss. B. Ed. Ultr.:** ***matremve.*** **—** ***matrem, inquit.*** **Leid. 2:** ***patrem, inquit.*** **—** ***Id cum omnibus .... inquit.*** **Bav. 1. om. —** ***pater.*** **Leid. 2:** ***mater.*** **—** ***Threcem.*** **Sic Dan. Gu. — Vulgo:** ***Thracem.*** **—** ***genuit.*** **Sic Ed. Ultr. — Ax. Leid. 2. Voss. A:** ***genuit vel creavit.*** **— Gu.:** ***genuit t creavit.*** **— Bav. 1:** ***genuit, creavit.*** **—** ***contra ea.*** **Sic Dan. Gu. Voss. A. — Ax. Boecl. Ed. Ultr. Long. Arg. Par. Lamb. al.:** ***contra.*** **—** ***mater.*** **Leid. 2:** ***pater.***

C h a b r i a s.

Cap. I.

§. 1. ***memoria.*** **Ax.:** ***memoriae.*** **—** ***Boeotiis.*** **Voss. A. B. Leid. 2:** ***Boetiis.***

2 venisset. Namque in eo victoria fidente summo duce
A. Ch. n. 377. Agesilao fugatis jam ab eo conductitiis catervis reliquam phalangem loco vetuit cedere obnixoque genu scuto projecta hasta impetum excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus contuens progredi non est ausus suosque jam
3 incurrentes tuba revocavit. Hoc usque eo tota Graecia fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quae publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est, ut postea athletae ceterique artifices his statibus in statuis ponendis uterentur, quibus victoriam essent adepti.

1 Cap. II. Chabrias autem multa in Europa bella admi-
A. Ch. n. 362. nistravit, cum dux Atheniensium esset; in Aegypto sua

---

§. 2. *in eo victoria.* Sic Lamb. emend. — Ax. Voss. A. Edd. vett.: *in ea victoria fidentem summum ducem Agesilaum.* — Boecl. Voss. B: *in ea auctoritate fidentem summum ducem Agesilaum.* — Gu.: *in eam victoria fidentem summum ducem Agesilaum,* et supra scriptum *eo.* — Ed. Ultr.: *in eo victoria fidentem summum ducem Agesilaum.* Locus corruptus, quem Lamb. recte emendasse nondum adducor ut credam. — *projecta.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2: Ed. Ultr. — Edd. vett.: *projectaque.* — *contuens.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Ax. Ed. Ultr. — Boecl. Voss. B: *Id novum cernens Agesilaus contuens.* — Vett. Edd.: *intuens.* — *progredi.* Boecl.: *id progredi.*

§. 3. *tota Graecia.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Edd. ante Lamb.: *usque eo Graecia fama etc.* — Lamb. et ejus seqq.: *usque eo in Graecia fama etc.* — *sibi.* Voss. A. Leid. 2. om. — *his statibus in statuis.* Sic Ed. Ultr. — Dan. Gu. Ax. Gif. Mendos. Voss. A. B. Leid. 2: *his stantibus statuis.* — Bav. vetust.: *his statuis ponendis.* — Cod. Ernst.: *iisdem statibus in statuis ponendis.* — Edd. ante Lamb.: *his statibus statuis ponendis.* — *quibus.* Sic jam Heusing. em. — Cod. Ernst.: *in quibus.* — Gu. Leid. 1. Gif. Mendos. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. et praeter Lamb. omnes Edd.: *cum.* — Voss. A: *quum.*

Cap. II.

§. 1. *dux Atheniensium esset.* Ax.: *dux esset Atheniensium.* — *in Aegypto.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. 2. Boecl. Bavv. Voss. A. B. Mendos. Mag. Ed. Ultr. — Cod. Ernst.: *nulla in Aegypto.* — Ed. Lamb. Steph. al: *multa in Aegypto.* — *sua sponte.* Bav. 1: *bellum sua sponte.* — Ed. Long.: *sua sponte quaedam*

sponte gessit. Nam Nectanabin adjutum profectus regnum ei constituit. Fecit idem Cypri, sed publice ab 2
Atheniensibus Euagorae adjutor datus neque prius inde A. Ch. n. 387.
discessit, quam totam insulam bello devinceret; qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. Interim 3
bellum inter Aegyptios et Persas conflatum est. Athe- A. Ch. n. 377.
nienses cum Artaxerxe societatem habebant, Lacedaemonii cum Aegyptiis, a quibus magnas praedas Agesilaus rex eorum faciebat. Id intuens Chabrias cum in re nulla Agesilao cederet, sua sponte eos adjutum profectus Aegyptiae classi praefuit; pedestribus copiis Agesilaus.

Cap. III. Tum praefecti regis Persae legatos mise- 1
runt Athenas questum, quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum Aegyptiis. Athenienses diem certam Chabriae praestituerunt, quam ante domum nisi redisset, capitis se illum damnaturos denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit neque ibi diutius est moratus, quam fuit necesse. Non enim libenter erat ante oculos suo- 2
rum civium, quod et vivebat laute et indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere. Est 3

---

gessit. — *Nectanabin.* Sic Ed. Ultr. — Dan. Gu.: *Neetebenin.* — Bav. 1: *Nectebenni.* — Bav. 2: *Neptenabum.* — Voss. A. B: *Neetebenum.* — Ax.: *Rectebenum.* — Leid. 2: *Hecteben.* — [*ei.*] Boecl. Ax. Voss. B. om.

§. 3. *Athenienses cum.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *et Athenienses cum.* — *Id intuens.* Ax. Boecl. Voss. B: *id metuens:* — *eos adjutum.* Ax.: *ad adjutum.*

Cap. III.

§. 1. *regis Persae.* Sic Gu. Bavv. Voss. A. B. Ed. pr. Ult. Long. Arg. utraq. Par. al. — Boecl.: *Perse.* — Ax.: *per se.* — Leid. 2: *regli Perses.* — Ed. Ald. Lamb. ut vulgo: *regis Persiae.* — *praestituerunt.* Dan. Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A: *praestiterunt.*

§. 2. *suorum civium.* Sic Dan. Gu. — Vulgo: *civium suorum.* *posset.* Dan.: *possit.*

§. 3. *Est enim etc.* Ed. Ultr.: *Est enim hoc commune magnis liberisque civitatibus.* — *ut invidia gloriae comes sit.* Dan. Gu. Ax. Voss. B: *ut invidiae gloria comes sit.* — Voss. A: *ut invidiae gloriae comes sit*, sed supra notatum erat *invidia.* — Leid. 2: *et in-*

enim hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriae comes sit et libenter de iis detrahant, quos eminere videant altius, neque animo aequo pauperes alienam opulentium intuuntur fortunam. Itaque
4 Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem, quod tantum se ab invidia putabant futuros, quantum a conspectu suorum recesserint. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Threcia, Timotheus Lesbo, Chares Sigeo. Dissimilis quidem Chares horum et factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.

1 Cap. IV. Chabrias autem periit bello sociali tali modo. Oppugnabant Athenienses Chium. Erat in classe Chabrias privatus, sed omnes, qui in magistratu erant,

---

vidia gloriae comes sit. — *de his.* Ed. Ultr. *de* om. — Mss. Bavv. Gif.: *de iis.* — *detrahant.* Sic Dan. Gu. Bavv. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *detrahunt.* — *eminere.* Sic Dan. Gu. Ax. Bavv. Ed. Ultr. — Voss. A. Leid. 2. Ed. Long. Lamb. Arg. Par. al.: *emergere.* — *videant.* Sic Gu. Dan. Ax. Bavv. — Ed. Ultr.: *vident.* — Ed. Long: *viderint.* — *animo aequo.* Ax.: *aequo animo.* — *opulentium.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Bavv. Mendos. Put. Sav. — Ed. Ultr. et omnes ante Boecl.: *opulentum.* — *intuuntur.* Sic Dan. Gu. Gif. Bavv. Mendos. Voss. B. Leid. 2. — Ax. et omnes ante Boecl.: *intuentur.* — *quoad.* Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B: *quo ei.*

§. 4. *fecerunt idem.* Mendos. om. — *futuros.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. pr. Long. — Ax.: *quod tantum se futuros ab invidia putabant.* — Ed. Par. 1. Ald.: *affuturos.* — Ed. Par. 2. Ult. Mag.: *abfuturos.* — Ed. Lamb.: *afuturos.* — *putabant.* Ed. Ultr.: *putarent.* — *recesserint.* Sic Dan. Ax. — Gu.: *recesserit.* — Vulgo: *recessissent.* — *Threcia.* Sic Dan. Gu. Gif. — Vulgo: *Thracia.* — *Lesbo, Chares Sigeo.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Voss. B. Leid. 2.; in Gu. *Sygeo;* in Dan. Gif. *Sygaeo;* in Voss. B. Leid. 2. *Sigaeo* scribitur. — Vulgo: *Lesbi, Chares in Sigeo.* — *horum.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Voss. B: *eorum.* — *et factis.* Sic Gu. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Ax. Ed. Boecl. *et* om.

Cap. IV.

§. 1. *ei maturavit.* Leid. 2. *ei* om. — *maturavit mortem.* Ax. Voss. B: *mortem maturavit.*

auctoritate anteibat eumque magis milites, quam qui praeerant adspiciebant. Quae res ei maturavit mortem: Nam dum primus studet portum intrare gubernatoremque 2
jubet eo dirigere navem, ipse sibi perniciei fuit. Cum enim eo penetrasset, ceterae non sunt secutae. Quo facto circumfusus hostium concursu cum fortissime pugnaret, navis rostro percussa coepit sidere. Hinc cum 3
refugere posset, si se in mare dejecisset, quod suberat classis Atheniensium, quae exciperet natantis, perire maluit, quam armis abjectis navem relinquere, in qua fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt. At ille praestare honestam mortem existimans turpi vitae comminus pugnans telis hostium A. Ch. n. 358.
interfectus est.

XIII. TIMOTHEUS.

Argumentum.

Cap. I. *Ejus virtutes et facta bellica.* II. *Ipsi Lacedaemoniorum victori statua ponitur.* III. *Senex Menestheo praetori in consilium datur. A Charete praetore accusatus damnatur.* IV. *Filius ejus Conon muros reficere cogitur. Singularis amicitiae testimonium Jasonis erga Timotheum.*

Cap. I. *Timotheus* Cononis filius Atheniensis. Hic 1
a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus

---

§. 2. *gubernatoremque.* Sic Ed. Ultr. — Lamb. ut vulgo: *et gubernatorem.* — Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. pr. utraq. Par. Ald. Long. al. copulam omittunt. Fortasse abjecta copula post *navem* punctum ponendum. — *ipse sibi perniciei fuit.* Ax.: *ipse perniciei fuit sibi.* — *sidere.* Mendos. Voss. A: *fidere.*

§. 3. *Hinc cum refugere posset.* Sic Dan. Bavv. — Gif. Ed. Ultr.: *Hinc refugere cum posset.* — Gu. Ax. Voss. B: *Hinc refugere cum non posset.* — Ald. Mag. Lamb.: *Hinc cum refugere non posset, nisi se etc.* — *mare.* Voss. B: *mari.* — *exciperet.* Voss. B. (A.?): *acciperet.* — *natantis.* Sic Gu. Gif. Leid. 2. — Dan. Ed. Ultr.: *natanteis.* — Ax. cum edit. ante Bos.: *natantem.* — *in qua*

2 neque minus civitatis regendae. Multa hujus sunt praeclare facta, sed haec maxime illustria. Olynthios et By-
A. Ch. n. 364. zantios bello subegit; Samum cepit, in qua oppugnanda superiori bello Athenienses mile et ducenta talenta consumserant. Id ille sine ulla publica impensa populo restituit. Adversus Cotum bella gessit ab eoque mile et
3 ducenta talenta praedae in publicum retulit. Cyzicum obsidione liberavit. Ariobarzani simul cum Agesilao auxilio profectus est, a quo, cum Laco pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quam id sumere, cujus partem domum suam ferre posset. Itaque accepit Crithoten et Sestum.

1 Cap. II. Idem classi praefectus, circumvehens Pelo-
A. Ch. n. 376. ponnesum Laconicen populatus classem eorum fugavit;

Ed. Ultr. *in* om. — *id ceteri facere noluerunt.* Ax.: *id facere ceteri noluerunt.* — *comminus.* Sic Gu. Ed. Ultr. Lamb. — Ed. Arg. Long. Mag. al.: *cominus.*

Timotheus.

Cap. I.

§. 2. *in qua.* Dan. Gu. Mendos. Leid. 2: *in quo.* — *superiori.* Sic Gu. Ed. Ultr. Lamb. Long. omnesque ante Boecl. — Ax. Ed Boecl. ut vulgo: *superiore.* — *consumserant.* Ax.: *consumserunt.* — *Id ille.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. Steph. al.: *hanc ille.* — *adversus.* Sic Dan. Ax. Voss. A. Ed. Ultr. Long. — Vulgo: *adversum.* — *Cotum.* Sic Dan. Gu. Ed. pr. — Ax.: *Cothum.* — Voss. A: *Cholum.* — Ed. Ultr.: *Cotym.* — Ed. Long. Mag. Steph.: *Cotyn.* — *eoque.* Ed. Par. Ald. Lamb. *que* om. — *retulit.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Leid. 2. Voss. A. Ed. Long. Mag. Lamb. al.: *detulit.*

§. 3. *Cyzicum.* Voss. A: *Cyxicum.* — *cives.* Gu.: *civis.* — *posset.* Sic Gu. Ax. al. Ed. Ultr. — Ed. Ernst. Leid. 2: *possent.* — Ms. al. in marg.: *quisque ferre posset.* — *Crithoten.* Sic emend. Gebh. — Gu. Gif. Mendos. Leid. 1: *Crithonem.* — Dan. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. Edd. vett.: *Erichthonem.* — Leid. 2: *Chrythonem.* — Voss. A: *Critonem.* — *Sestum.* Sic Ed. Ultr. — Dan. Gu. Mendos. Ax. Gif. Leid. 1. Voss. A. B: *Sextum.*

Cap. II.

§. 1. *classi.* Sic Gu. Codd. Staver. Ed. Ultr. — Ax. Boecl.: *classis.* — *Laconicen.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. Long. — Leid. 2: *Laconicem.* — Al.: *Laconicam.* — *idem.* Leid. 2: *eidem.* — *Athama-*

Corcyram sub imperium Atheniensium redegit sociosque idem adjunxit Epirotas, Athamanas, Chaonas omnesque eas gentes, quae mare illud adjacent. Quo facto Lace- 2
daemonii de diutina contentione destiterunt et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent. Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum primum arae Paci publice sint factae eique deae pulvinar sit institutum. Cujus laudis ut memoria mane- 3
ret, Timotheo publice statuam in foro posuerunt, qui honos huic uni ante id tempus contigit, ut, cum patri populus statuam posuisset, filio quoque daret. Sic juxta posita recens filii veterem patris renovavit memoriam.

Cap. III. Hic cum esset magno natu et magistratus 1
gerere desisset, bello Athenienses undique premi sunt A. Ch. n. 356.
coepti. Defecerat Samus, descierat Hellespontus; Philippus jam tum valens Macedo multa moliebatur, cui oppositus Chares cum esset, non satis in eo praesidii putabatur. Fit Menestheus praetor, filius Iphicratis, gener 2

---

nas. Sic Ed. Ultr. Lamb. al. — Dan.: *Athamattas.* — Gu.: *Athamatias.* — Ax.: *Athamamas.* — Voss. A: *Athamantias.* — Ed. Long.: *Acarnanas.* — Ed. Arg. Par.: *Athamantios.* — *Chaonas.* Ax.: *Chones.* — *adjacent.* Dan.: *adjacunt.* — *mare illud.* Ed. Ultr.: *ad mare illud.*

§. 2. *Paci publice.* Leid. 2: *pacis publicae.* — Ed. Long. Mag.: *paci publicae.* — Ed. Ultr.: *publicae;* sed in Erratis emend.: *publice.* — *pulvinar.* Leid. 2: *pulvina.*

§. 3. *ante id tempus.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. edit., qui *ante hoc tempus* dedit. — Ed. Ald.: *ante tempus.* — *quoque.* Voss. A: *quodque.*

Cap. III.

§. 1. *desisset.* Ax. Voss. B: *descisset.* — *descierat.* Voss. B: *desierat.* — *Philippus jam tum valens Macedo multa.* Ax.: *Philippus jam tum valens Macedo jam tum multa.* — Vulgo vox *Macedo* uncis inclusa. — Gu. *tunc* pro *tum* habet. — *moliebatur.* Dan.: *molibatur.*

§. 2. *Menestheus.* Ax. Voss. A: *Menaslleus.* — Ed. Ultr. Long.: *Mnestheus.* — *Iphicratis.* Voss. A: *Hippocratis;* sed in marg. al. *Hyphicratis.* — *ut ad bellum.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B.

Timothei et ut ad bellum proficiscatur decernitur. Huic in consilium dantur duo usu sapientiaque praestantes, quorum consilio uteretur pater et socer, quod in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset per eos amissa
3 posse recuperari. Hi cum Samum profecti essent et eodem Chares illorum adventu cognito cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur, accidit, cum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur, quam evitare duo veteres imperatores
4 utile arbitrati suam classem suppresserunt. At ille temeraria usus ratione non cessit majorum natu auctoritati et, ut in sua manu esset fortuna, quo contenderat pervenit eodemque ut sequerentur ad Timotheum et Iphicratem nuntium misit. Hinc male re gesta compluribus amissis navibus eo, unde erat profectus, se recipit litterasque Athenas publice misit sibi proclive fuisse Samum
5 capere, nisi a Timotheo et Iphicrate desertus esset. Populus acer, suspicax ob eamque rem mobilis, adversa-

---

Leid. 2. Ed. Ultr. — Boecl. (?) Ed. pr. Par. Ald. al. *ut* om. — *in consilium.* Boecl. Voss. B: *in consilio.* — *sapientiaque.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. — Ed. Ultr.: *et sapientia.* — *quorum consilio uteretur.* Ms. Ernst.: *quorum auxilio uteretur.* — Nonnulli haec verba uncis incluserunt. — *tanta erat.* Boecl.: *tanta esset.* — *amissa.* Ax.: *admissa.*

§. 3. *Hi cum.* Ax.: *Hic cum.* — Gu.: *hii cum.* — *illorum adventu.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Mendos. Leid. 2. — Ed. Long. Ultr.: *adventu illorum.* — Lamb.: *eorum adventu.* — Ed. pr. utraq. Par. Ald. Mag. pronom. om. — *suppresserunt.* Magii Cod. Burg.: *represserunt.*

§. 4. *ut in.* Sic omnes omnino codd. — Ed. Ultr. Ald. Lamb. et recentt.: *ut si in.* — *manu.* Sic Dan. Gu. Voss. A. Leid. 2. — Mendos. Bavv. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. Long. al.: *navi.* — *Iphicratem.* Voss. A: *Hippocratem*, et paulo post *Hippocrate*, sed supra notatum erat *Hiphicratem*, *Hiphicrate.* — *eo.* Sic Gu. Ax. Boecl. — Vulgo: *eodem.* — *recipit.* Sic Dan. Gu. Voss. A. — Vulgo: *recepit.*

§. 5. *populus acer etc.* Vulgo hic locus sic legitur: [*Ob eam rem in crimen vocabantur.*] *Populus acer, suspicax, mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae, domum revocat, accusantur prodi-*

rius, invidus etiam potentiae domum revocat: accusantur proditionis. Hoc judicio damnatur Timotheus lisque ejus aestimatur centum talentis. Ille odio ingratae civitatis coactus Chalcidem se contulit.

Cap. IV. Hujus post mortem cum populum judicii 1
sui poeniteret, multae novem partis detraxit et decem talenta Cononem, filium ejus ad muri quamdam partem reficiendam jussit dare, in quo fortunae varietas est animadversa. Nam quos avus Conon muros ex hostium praeda patriae restituerat, eosdem nepos cum summa ignominia familiae ex sua re familiari reficere coactus est. Timothei autem moderatae sapientisque vitae cum 2
pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti, quod ex eo facile conjici poterit quam carus suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus caussam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum

---

tionis. — Codd. Dan. Leid. 1. 2. Gu. Burgens. Boecl. Ax. Voss. A. Ed. Ultr.: *Populus acer, suspicax ob eamque rem mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae in crimen vocabantur* (Gu.: *vocabatur*), *domum revocat, accusantur proditionis* (Ed. Ultr.: *accusanturque*). — Voss. B. verba: *ob eam rem in crimen vocabantur* omittit. Hinc ego codicum auctoritatem secutus totum hunc locum sic constituendum existimavi: *Populus acer, suspicax ob eamque rem mobilis, adversarius, invidus etiam potentiae domum revocat, accusantur proditionis,* abjectis tamen verbis: *in crimen vocabantur:* quae primo explicandi caussa supra verba: *domum revocat* posita, deinde in textum inlata videntur. — *lisque.* Ed. Ultr. *que* om. — *proditionis.* Voss. B. (A.?): *prodictionis.* — *aestimatur.* Gu. Voss. B: *existimatur.* — *Chalcidem.* Voss. A: *Chachidem.*

Cap. IV.

§. 1. *cum populum judicii sui poeniteret* Sic Dan. Gu. Leid. 1. [*poenitebat*] Burgens. Ed. Ultr. — Ed. pr. Arg. Paris. utraq. Ald. Long. Mag.: *cum populus judicii etc.,* quod Lambinus ita correxit: *Hujus post mortem populus, cum eum judicii sui poeniteret.* — *partis.* Sic Gu. — Vulgo: *partes.* — *filium ejus.* Lamb.: *ejus filium.*

§. 2. *cum pleraque.* Sic Dan. Gu. Voss. 1. Ed. Ultr. — Ax. Voss. B: *complura.* — *possimus.* Ax. Voss. B: *possumus.* — *quod ex eo.* Ms. Boecl.: *qui ex eo.* — *tyrannus.* Dan. Leid. 1: *tyrannus Thessaliae.* — Ed. Long.: *tyrannus Thessalorum.*

convenerunt, sed etiam in eis Jason tyrannus Thessaliae,
3 qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic cum in
patria sine satellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas
sine ullo praesidio venit tantique hospitem fecit, ut mal-
let se capitis periculum adire, quam Timotheo de fama
dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea
populi jussu bellum gessit; patriae sanctiora jura, quam
4 hospitii esse duxit. Haec extrema fuit aetas imperato-
rum Atheniensium, Iphicratis, Chabriae, Timothei, neque
post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit di-
5 gnus memoria. Venio nunc ad fortissimum virum maxi-
mique consilii omnium barbarorum exceptis duobus Car-
thaginiensibus, Hamilcare et Hannibale. De quo hoc plura
referemus, quod et obscuriora sunt ejus gesta pleraque
et ea, quae prospere ei cesserunt, non magnitudine co-
piarum, sed consilii, quo tum omnes superabat, accide-
runt, quorum nisi ratio explicata fuerit, res apparere non
poterunt.

---

§. 3. *venit.* Voss. B. om. — *patriae.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 2. Ed. pr. Arg. utraq. Paris. Ald. Ed. Ultr., in cujus marg. est: *Forte patriaeque*, quod Lamb. dedit, quem secuti sunt recentt. — Ed. Long. Mag. Steph.: *patriae enim.*

§. 5. *Venio nunc.* Haec verba usque ad illa: *apparere non poterunt* in omnibus Codd. et Edd. vett. ante Lamb. cum Timothei vita contexta sunt. Lambinus primus ea transposuit. — *Carthaginiensibus.* Leid. Voss. B: *Carthaginensibus.* — *Hamilcare et Hannibale.* Voss. A. Leid. 2: *Amilcare et Anybale.* — Ed. Ultr.: *Amilcare.* — *de quo.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. — Dan.: *de hoc.* — *hoc plura.* Ax. Voss. B: *haec plura.* — *referemus.* Dan. Gu. Voss. A. B: *feremus.* — Ax.: *ferremus.* — *pleraque.* Ax. Voss. B: *pluraque* et particulam *et* ante *obscuriora* om. — *quo tum.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Ed. Long. — Leid. 2. Ed. Ultr. Ald. Mag. al.: *quo tamen.* — Ed. Lamb. ex conject. Trevenini: *quo tantum non.*

XIV. DATAMES.

Argumentum.

Cap. I. *Inter barbarorum duces facile clarissimus. Bello contra Cadusios meretur partem Ciliciae.* **II.** *Thyum dynasten Paphlagoniae vivum capit.* **III.** *Captum ad regem adducit. Copiis ad bellum Aegyptium praeficitur.* **IV.** *Revocatur. Aspim Cappadocem capit.* **V.** *Aulicorum insidias edoctus, Cappadociam sibi et Paphlagoniam occupat.* **VI.** *In bello adversus Pisidas amittit filium. Proditores et hostes Pisidas superat.* **VII.** *A filio natu maximo proditur.* **VIII.** *Ducem Persarum contra se missum vincit.* **IX.** *Regis insidias callide declinat.* **X.** *Mithridatis dolo capitur.* **XI.** *In colloquio per fraudem occiditur.*

Cap. I. *Datames* patre Camissare natione Care, matre Scythissa natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem eorum, qui regiam tuebantur. Pater ejus Camissares, quod et manu fortis et bello strenuus et regi multis locis fidelis erat repertus, habuit provinciam partem Ciliciae juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri. 1
Datames militare munus fungens primum qualis 2

Datames.

Cap. I.

§. 1. *Datames.* Leid. 2: *Dathames.* — *Camissare.* Dan. Gu. [ubique] Voss. A. Ed. Ultr.: *Camisare.* — Leid. 2: *Chamissare.* — Voss. B: *Chamisare.* — *Care.* Gu. Voss. A. B. Leid. 2: *Chare.* — *natione.* Voss. B: *nactione.* — *Scythissa.* Voss. A: *Scytissa.* — *militum numero.* Ed. Ultr.: *e militum numero.* — *quod.* Voss. A: *quia.* — Ax.: *qui.* — *partem Ciliciae.* Sic Dan. [*Cilitiae*] Gu. Leid. 1. Ax. Mendos. Voss. A. B. Leid. 2. Thott. — Ed. Ultr. et cett. ante Boecl. *partem* omitt. — *incolunt.* Ax.: *colunt.*

§. 2. *aperuit.* Sic Dan. Gu. Mendos. Ed. Ultr. — Ax. Voss. B. Ed. pr. Arg. utraq. Paris. Ald. Long. Mag. Lamb.: *apparuit.* — *in bello.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. Long. Lamb. al. — Ed. Steph. al. *in* om. — *Cadusios.* Dan. Gu. Voss. A: *Gadusios.* — Ax. Voss. B: *Candusios.* — *multis millibus regiorum interfectis.* Sic Gu. Leid. 1. Ax. Boecl. Bavr. duo, Voss. B. Ed. Ultr. — Leid. 2: *multis militibus regiorum interfectis.* — Voss. A: *multis militibus interfectis.* — Ed. Long.: *multis millibus hostium, regiorum quoque non paucis interfectis.* — Ed. Lamb.: *multis millibus hostium et regiorum interfectis.* — Optimus Dan. lib.:

esset aperuit in bello, quod rex adversus Cadusios gessit. Namque hic multis milibus [regiorum] interfectis magni fuit ejus opera. Quo factum est, ut, cum in eo bello cecidisset Camissares, paterna ei traderetur provincia.

1 Cap. II. Pari se virtute postea praebuit, cum Autophradates jussu regis bello persequeretur eos, qui defecerant. Namque hujus opera hostes, cum castra jam intrassent, profligati sunt exercitusque reliquus conservatus [regis] est. Qua ex re majoribus rebus praeesse
2 coepit. Erat eo tempore Thyus dynastes Paphlagoniae antiquo genere ortus a Pylaemene illo, quem Homerus
3 Troico bello a Patroclo interfectum ait. Is regi dicto audiens non erat, quam ob caussam bello eum persequi constituit eique rei praefecit Datamem, propinquum Paphlagonis. Namque ex fratre et sorore erant nati. Quam ob caussam Datames primum experiri voluit, ut sine ar-

---

multis millibus interfectis. Hinc ego verbum *regiorum* ut spurium atque ineptum (vid. Gebh.) inclusi. — *ut.* Gu. Leid. 2. Ax. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. om.

Cap. II.

§. 1. *Autophradates.* Dan. Gu. Mendos.: *Autophrodates.* — Leid. 2: *Antiophyodatas.* — Ed. Med. Arg. Paris. Long. al.: *Androphrodates.* — *persequeretur.* Ed. Arg. Long. Mag.: *prosequeretur.* — *hujus opera.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *ejus opera.* — *conservatus regis est.* Sic Dan. Gu. Ax. — Leid. 1: *conservatus est regis.* — Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. *regis* om. — *coepit.* Ed. Lamb.: *coeperat.*

§. 2. *Thyus.* Sic Voss. B. Leid. 2. — Dan. Ed. Ultr. ubique: *Thuys.* — Gu. Ax.: *Thuis.* — Voss. A: *Thyius.* — Voss. A: *dinastes.* — *ortus.* Sic Dan. Gu. Gif. — Ed. Ultr. ut vulgo: *natus.* — *Pylaemene.* Dan.: *Philemone.* — Ed. Par. Long.: *Philomene.*

§. 3. *regi.* Sic Dan. Ed. Ultr. — Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. Ald. Lamb. Long. et omnino omnes ante Boecl. ultimam Ed.: *regis.* — *Quam ob caussam.* Leid. 2. om. — *Datamem.* Gu. Ed. Ald. Par. Long. Mag. al.: *Datamen.* — *primum experiri.* Sic Gu. Leid. 1. Ax. Boecl. Voss. A. B. Ed. pr. Ultr. Arg. Paris. Long. Ald. — Lamb. primus videtur scripsisse: *omnia primum experiri.* — *vereretur.* Ax. Voss. B: *revereretur.*

mis propinquum ad officium reduceret. Ad quem cum
venisset sine praesidio, quod ab amico nullas vereretur
insidias, paene interiit. Nam Thyus eum clam interficere
voluit. Erat mater cum Datame amita Paphlagonis. Ea 4
quid ageretur resciit filiumque monuit. Ille fuga pericu- 5
lum evitavit bellumque indixit Thyo. In quo cum ab
Ariobarzane praefecto Lydiae et Ioniae totiusque Phry-
giae desertus esset, nihilo segnius perseveravit vivumque
Thyum cepit cum uxore et liberis.

Cap. III. Cujus facti ne prius fama ad regem, quam 1
ipse perveniret, dedit operam. Itaque omnibus insciis
eo, ubi erat rex, venit posteroque die Thyum, hominem
maximi corporis terribilique facie, quod et niger et ca-
pillo longo barbaque erat promissa, optima veste texit,
quam satrapae regii gerere consuerant, ornavit etiam
torque atque armillis aureis ceteroque regio cultu; ipse 2
agresti duplici amiculo circumdatus hirtaque tunica ge-
rens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam,

---

§. 5. *Thyo.* Dan. Gu. Ed. Ultr.: *Thuyni*, et paulo ante: *Thuys.* — Ax.: *Thui.* — Voss. A: *Thumi*; sed in marg.: *al. Thio.* — Voss. B: *Thiu.* — *ab Ariobarzane.* Ax. Mendos. Leid. 2. *ab* om. — *desertus esset.* Voss. B: *dejectus esset desertus.* — *nihilo segnius.* Sic omnes Codd. et Edd.; in Ed. Ultr. in marg.: *Forte secius, ut in vita Eumenis.* — *Thyum.* Dan.: *Thuym.* — Gu.: *Thuin.* — Ax.: *Thuim.* — Ed. Ultr.: *Thuynem.*

Cap. III.

§. 1. *Thyum.* Gu.: *Thuyn.* — *et capillo.* Ed. Lamb. *et* om. — *promissa.* Sic Dan. Gu. Gif. Ed. Ultr. — Ax.: *prolissa.* — Voss. B: *prolisa.* — Leid. 2. Voss. A. Ed. Arg. Par. Ald. Long. Lamb.: *prolixa.* — *texit.* Sic Gu. Gif. Voss. B. Leid. 2. — Voss. A. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. edd.: *contexit.* — Dan. verbum om. — *consuerant.* Sic Dan. Gu. — Vulgo: *consueverant.* — *ornavit etiam.* Sic Gu. et omnes ante Boecl. edd. — Ed. Ultr.: *ornavit torque.* — Voss. B. ut vulgo: *ornavitque etiam.* — *atque armillis.* Sic Gu. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Vulgo: *et.* — *armillis.* Voss. A: *armilis.* — *ceteroque.* Ax. Voss. B: *ceteraque.*

§. 2. *duplici.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. — Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. et omnes ante Boeck: *duplicique.* — Ed. Ultr.: *circundatus.* — *vinctum.* Ax. Voss. B. Mendos. Ed. Long. Ald.: *victum.* — *Thyum.* Gu. Ed. Ultr.: *Thuynem.* — Ax.: *Tuin.*

sinistra copulam, qua vinctum ante se Thyum agebat, ut
3 si feram bestiam captam duceret. Quem cum omnes
conspicerent propter novitatem ornatus ignotamque for-
mam ob eamque rem magnus esset concursus, fuit non
nemo, qui agnosceret Thyum regique nuntiaret. Primo
4 non accredidit. Itaque Pharnabazum misit exploratum,
a quo ut rem gestam comperit, statim admitti jussit ma-
gnopere delectatus cum facto tum ornatu, in primis quod
5 nobilis rex in potestatem inopinanti venerat. Itaque ma-
gnifice Datamem donatum ad exercitum misit, qui tum
contrahebatur duce Pharnabazo et Tithrauste ad bellum
Aegyptium, parique eum atque illos imperio esse jussit.
Postea vero quam Pharnabazum rex revocavit, illi summa
imperii tradita [est].

1 Cap. IV. Hic cum maximo studio compararet exer-
citum Aegyptumque proficisci pararet, subito a rege lit-

---

§. 3. *Quem cum.* Gu.: *Que* particula *cum* omissa. — *conspicerent.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Leid. 1. Boecl. Ax. Ed. Arg. Long. Boecl.: *Quem cum omnes adspicerent.* — Ed. pr. utraq. Par. Ald. Lamb. ut vulgo: *Quem cum omnes prospicerent.* — *non nemo.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. B. Bavv. Ed. Ultr. — Mendos. Leid. 2. Voss. A. Ed. Long.: *nemo non.* — Lamb. al.: *Fuit nemo, qui — qui non regi nuntiaret.* — *Thyum.* Gu. Ed. Ultr.: *Thuym.*

§. 4. *Primo.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Ed. Ultr. — Mendos. Ernst.: *ac primo.* — *accredidit.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Bav. Sav. Gif. Put. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Par. Ald. Long. Mag. Lamb.: *ac primo non credidit.* — *misit exploratum.* Ax. Voss. B: *exploratum misit.* — *delectatus.* Voss. B: *delectatus est.* — *cum facto.* Gu. Ax. Ed. Ultr.: *tum facto.* — *nobilis.* Sic Gu. Mendos. al. Ed. Ultr. — Leid. 2. Ed. Par. Ald. Mag.: *non vilis.* — *inopinanti.* Voss. B. Ed. Ultr. Arg. Long. Mag.: *inopinati.*

§. 5. *Itaque.* Ax.: *ita.* — *Datamem.* Gu.: *Datamen.* — *Tithrauste.* Ax.: *Thitraste.* — Voss. A. B: *Tithraste.* — Dan.: *Titraste.* — Leid. 2: *Tysiaste.* — Ed. Long.: *Teuthraste;* aliae: *Teutraste.* — *parique.* Ax. *que* om. — *summa imperii tradita est.* Sic Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. — Dan. Gu.: *summa imperii tradita sunt.* — Ax. Boecl. Voss. B: *summa imperii tradita.*

Cap. IV.

§. 1. *Aegyptumque.* Ed. Ultr.: *in Aegyptumque.* — *litterae*

terae sunt ei missae, ut Aspim aggrederetur, qui Catao-
niam tenebat, quae gens jacet supra Ciliciam confinis
Cappadociae. Namque Aspis saltuosam regionem castel-
lisque munitam incolens non solum imperio regis non
parebat, sed etiam finitimas regiones vexabat, et quae
regi portarentur abripiebat. Datames, etsi longe aberat 2
ab his regionibus et a majore re abstrahebatur, tamen
regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum 3
paucis, sed viris fortibus navem conscendit existimans,
id quod accidit, facilius se imprudentem parva manu
oppressurum, quam paratum, quamvis magno exercitu.
Hac delatus in Ciliciam egressus inde dies noctesque 4
iter faciens. Taurum transit eoque, quo studuerat, venit:
quaerit quibus locis sit Aspis: cognoscit haud longe
abesse profectumque eum venatum. Quem dum specu-
latur, adventus ejus caussa cognoscitur. Pisidas cum
eis, quos secum habebat, ad resistendum Aspis compa-
rat. Id Datames ubi audivit, arma sumit, suos sequi ju- 5

---

sunt ei missae. Ax.: *sunt ei missae litterae.* — *ut Aspim.* Sic Gu. Ed. Ultr. cum omnibus ante Heusing., qui sine ulla codd. auctoritate *uti Aspim* dedit. — Leid. 2: *aut Aspim.* — *Cataoniam.* Ax.: *Cartaoniam.* — Leid. 2: *Cathoniam.* — Voss. A: *Catoniam* — Voss. A: *confinus.*

§. 2. *Aspis.* Leid. 1. om. — *abripiebat.* Sic Dan. Ed. Ultr. — Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Boecl.: *arripiebat.* — Ed. Long.: *adripiebat.*

§. 3. *majore.* Ed. Arg. Long. Mag.: *minore.* — *id quod accidit.* Ax. Voss. B. Leid. 2. Boecl. Ed. Ultr. *id* om. — *imprudentem.* Sic Gu. Ax. Bavv. Sav. Gif. Put. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. — Ed. Lamb. Steph.: *imprudentem et imparatum.*

§. 4. *in Ciliciam.* Leid. 2. *in* om. — *noctesque.* Boecl. Voss. B. *que* om. — *transiit.* Sic Dan. Gu. Ax. et Codd. Staver. — Ed. Arg. Long. Ultr. al.: *transit.* — *quem dum.* Dan.: *quae dum.* — *Pisidas.* Leid. 2: *Piscidas.* — *cum eis.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. Ax. — Vulgo: *cum iis.*

§. 5. *arma sumit.* Sic Leid. 1. Gif. Ax. Boecl. Dan. Voss. B. [*summit*]. — Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. Arg. Par. Long. Lamb. al.: *arma capit.* — Etiam Gu.: *arma capit,* sed supra scriptum:

bet, ipse equo concitato ad hostem vehitur. Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem pertimescit atque a conatu resistendi deterritus sese dedidit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.

1 Cap. V. Haec dum geruntur, Artaxerxes reminiscens a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset se ipse reprehendit et nuntium ad exercitum Acen misit, quod nondum Datamem profectum putabat, qui diceret, ne ab exercitu discederet. Hic priusquam perveniret quo erat profectus, in itinere convenit qui
2 Aspim ducebant. Qua celeritate cum magnam benevolentiam regis Datames consecutus esset, non minorem invidiam aulicorum excepit, quod illum unum pluris,
3 quam se omnes fieri videbant. Quo facto cuncti ad eum opprimendum consenserunt. Haec Pandates gazae custos regiae amicus Datami perscripta ei mittit; in quibus docet, *eum magno fore periculo, si quid illo imperante*

---

sumit. — *suos sequi.* Sic Dan. Gu. Gif. Ed. Ultr. et omnes edd. ante Boecl., qui primus *suosque sequi* scripsit, quod Ax. habet. — *ad se ferentem.* Leid. 2: *in se ferentem.* — *dedidit.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Mendos. Boecl. Leid. 2. Voss. B. — Vulgo: *dedit.* —. *conatu.* Leid. 2: *conato.*

Cap. V.

§. 1. *se ipse.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. — Ed. Ultr. Mag. al.: *se ipsum.* — *Acen.* Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. [in Errat. tamen corr. *Acen*] Ald. Long. al.: *Acrem.* — Leid. 2: *Achrem.* — *nondum.* Voss. A: *non.* — *Datamem.* Gu. Ed. Mag. Long. Lamb. al.: *Datamen.* — *putabat.* Ed. Ultr.: *putaret.* — *qui diceret.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Lamb. Steph.: *qui ei diceret.* — *erat profectus.* Leid. 2: *erat profecturus.* — *Aspim.* Ed. Ultr.: *Aspin.*

§. 2. *benevolentiam.* Voss. B: *benivolentiam.* — *quod illum unum.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. [qui tamen *unum* om.] Ed. Par. 1. Lamb. — Voss. B. Ed. Ultr. Long. ut vulgo: *qui illum unum.* — Ed. pr.: *quod illum vivum.*

§. 3. *Pandates.* Dan. Gu. Voss. A. Leid. 2: *Pandantes.* — *magno fore periculo.* Sic Gu. Ax. Bavv. Ernst. Edd. vett. — Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr.: *in magno fore periculo.* — Lamb.: *magno fore in periculo.* — *adversi. in Aegypto.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *in Aegypto adversi.*

adversi in Aegypto accidisset. Namque eam esse con- 4 *suetudinem regiam, ut casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunae suae: quo fieri, ut facile impellantur ad eorum perniciem, quorum ductu res male gestae nuntientur. Illum hoc majore fore in discrimine, quod quibus rex maxime obediat, eos habeat inimicissimos.* Talibus ille litteris cognitis cum jam ad 5 exercitum Acen venisset, quod non ignorabat ea vere scripta, desciscere a rege constituit. Neque tamen quidquam fecit, quod fide sua esset indignum. Nam Man- 6 droclem Magnetem exercitui praefecit, ipse cum suis in Cappadociam discedit conjunctamque huic Paphlagoniam occupat celans qua voluntate esset in regem; clam cum Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, urbes mu- A. Ch. a. 362. nitas suis tuendas tradit.

Cap. VI. Sed haec propter hiemale tempus minus 1

---

§. 4. *regiam.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. B. — Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. Arg. Par. Ald. Long. al.: *regum.* — *quo fieri, ut facile etc.* Sic Dan. Leid. 1. Ed. Ultr. — Gu.: *quo facile ut fieri impellantur.* — Ax.: *quo facile fieri, ut impellantur.* — *in discrimine.* Ed. pr. Par. 1. Ald. Mag. al. *in* om. — *obediat* — *habeat.* Boecl.: *obediebat* — *habebat.*

§. 5. *cognitis.* Voss. B: *cognotis.* — *Acen.* Dan. Gu. Burgens. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr.: *Ageen.* — Voss. A: *Agcen.* — Leid. 2: *Agron.* — Ed. Long.: *Agneae.* — Ed. Lamb.: *Acaeum.*

§. 6. *Mandroclem.* Sic Burgens. Ven. — Dan. Gu. Ax.: *Mandroclen.* — Voss. A: *Mandroclem Magneten.* — Leid. 2. Ed. Long.: *Mandrodem.* — Ed. Ultr. Lamb.: *Androclem.* — Ed. Par. Ald. Mag. al.: *Androdem.* — *suis tuendas tradit.* Leid. 2: *tradit suis tuendas.*

Cap. VI.

§. 1. *prospere procedebant.* Sic Dan. Gu. Ax. Mendos. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. al.: *prospere succedebant.* — *Pisidas.* Leid. 2: *Physidas.* — *Arsideum.* Sic Dan. Sav. Mendos. Ax. Ed. Ultr. — Boecl.: *Arsidaeum.* — Voss. A. B. Leid. 2: *Arvidaeum.* — Gu: *Assideum.* — Ed. Par. Long. Mag. Lamb.: *Arideum.* — Ed. Ald. Steph.: *Aridaeum.* — *proficiscitur.* Voss. A: *proficitur.* — *non ita cum magna manu.* Ed. Lamb.: *non ita magna cum manu.* — *de male re gesta.* Sic Gu. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. edit.

prospere procedebant. Audit Pisidas quasdam copias adversus se parare. Filium eo Arsideum cum exercitu mittit. Cadit in proelio adolescens. Proficiscitur eo pater non ita cum magna manu celans quantum vulnus accepisset, quod prius ad hostem pervenire cupiebat, quam de male re gesta fama ad suos perveniret, ne cognita
2 filii morte animi debilitarentur militum. Quo contenderat pervenit iisque locis castra ponit, ut neque circumiri multitudine adversariorum posset, neque impediri, quo minus ipse ad dimicandum manum haberet expeditam.
3 Erat cum eo Mithrobarzanes, socer ejus, praefectus equitum. Is desperatis generi rebus ad hostes transfugit. Id Datames ut audivit, sensit, si in turbam exisset ab homine tam necessario se relictum, futurum, ut ceteri
4 consilium sequerentur. In vulgus edit suo jussu Mithrobarzanem profectum pro perfuga, quo facilius receptus interficeret hostes, quare relinqui eum par non esse et omnes confestim sequi. Quod si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non possent resistere, cum et
5 intra vallum et foris caederentur. Hac re probata exer-

---

§. 2. *iisque locis.* Sic Ed. Lamb. — Vulgo ex consuetud. scribendi: *hiisque* legitur *hisque locis.* — *circumiri multitudine.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. Ald. Par. Long. al. — Voss. B: *circuiri multitudine.* — Ed. Lamb.: *circumiri a multitudine.* — *quo minus ipse.* Sic Gu. Ed. Ultr. et cett. ante Boecler. — Vulgo *ipse* om. — *expeditam.* Ed. Long.: *expeditam Datames.*

§. 3. *Mithrobarzanes.* Gu.: *Metobarzanes.* — Ax.: *Metrobarzenes.* — Voss. A: *Methrobarzanes.* — Ed. Ultr.: *Mithribarzanes.* — Edd. ante Lamb.: *Metrobarzanes.* — *se relictum.* Sic Dan. Gu. Mendos. Barv. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax.: *se relicto.* — Ed. Lamb.: *se esse relictum.* — Ed. Long.: *se relictum iri.*

§. 4. *Mithrobarzanem.* Voss. A: *Methrobarzanem.* — Ax.: *Metrobarzenem.* — *pro perfuga.* Voss. B: *profuga.* — *interficeret hostes.* Ed. Lamb.: *hostes interficeret;* et paulo post: *eum relinqui.* — *par non esse.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *non par esse.* — *et omnes.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. cum cett. ante Lamb. — Aliae: *sed omnes.* — *cum et intra vallum.* Voss. A: *cum et inter vallum.* — Ax.: *cum intervallum.*

§. 5. *Mithrobarzanem.* Gu.: *Metobarzanem.* — Ax.: *Metro-*

citum educit, Mithrobarzanem persequitur. Qui dum ad hostes pervenerat, Datames signa inferri jubet. Pisidae nova re commoti in opinionem adducuntur perfugas mala fide compositoque fecisse, ut recepti majori essent calamitati. Primum eos adoriuntur. Illi cum quid ageretur 6
aut quare fieret ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transierant, ab hisque stare, quos relinquerant. Quibus cum neutri parcerent, celeriter sunt concisi. Re- 7
liquos Pisidas resistentis Datames invadit: primo impetu pellit, fugientis persequitur, multos interficit, castra hostium capit. Tali consilio uno tempore et proditores 8
perculit et hostis profligavit et quod ad perniciem fuerat cogitatum id ad salutem convertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum neque celerius factum usquam legimus.

Cap. VII. Ab hoc tamen viro Scismas maximo natu 1

---

barzanem. — *qui dum.* Sic Leid. 2.(?) Ed. Boecl. Gebh [Cfr. Liv. XXXII, 24, 5:] — Dan. Gu. Mendos. Ax. Voss. A. Ed. pr. Arg. utraq. Par.: *tantum qui dum.* — Boecl. Voss. B: *tantum dum.* — Leid. 1: *tantum. Qui cum.* — Ed. Ultr.: *qui tantum non.* — Ed. Long.: *tantum: qui vixdum.* — Lamb. ut vulgo: *qui tantum quod;* quam scripturam Ernstius in suo codice reperisse mentitur. — *Datames.* Voss. B: *Datame.* — *inferri.* Ed. Ultr.: *inferre.*

§. 6. *majori essent.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *essent majori.*

§. 7. *resistentis.* Sic Gu. — *fugientis.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *resistentes* — *fugientes.*

§. 8. *hostis.* Sic Gu. — Vulgo: *hostes.* — *perniciem.* Sic Ax. Boecl. — Gu.: *ad perniciem suam.* — Edd. ante Boecl.: *suam perniciem.*

Cap. VII.

§. 1. *Scismas.* Sic Leid. 2. Ed. Ultr. et in marg.: *Al. Sysinas.* — Dan.: *Sysinas.* — Gu.: *Sysmas.* — Ax.: *Scimas.* — *maximo natu.* Sic Dan. Gu. Ax. Sav. Put. Gif. Ed. Ultr. — Ed. Par. Steph. al.: *maximus natu.* — *ad regemque.* Sic Gu. Ax. — Dan.: *adque regem.* — Ed. pr. Arg. utraq. Par. Ald. Ult. Long. Lamb.: *et ad regem.* — *de defectione.* Leid. 2: *defectionem.* — *cum cogitasset.* Ax. Ed. Lamb.: *quod cogitasset.* — *facere etc.* Ax.: *facereque conari consuesset.* — *Autophradatem.* Dan. Gu. Ax.: *Autophradatem.* — Leid. 2: *Androphadatem.* — Edd. vett.: *Androphrodatem.*

filius desciit ad regemque transiit et de defectione patris detulit. Quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse, qui cum cogitasset, facere auderet et prius cogitare, quam conari consuesset, Autophradatem in Cappadociam mittit.
2 Hic, ne intrare posset, saltum, in quo Ciliciae portae sunt
3 sitae, Datames praeoccupare studuit. Sed tam subito copias contrahere non potuit. A qua re depulsus cum ea manu, quam contraxerat, locum deligit talem, ut neque circumiretur ab hostibus neque praeteriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur, et, si dimicare eo vellet, non multum obesse multitudo hostium suae paucitati posset.

1 Cap. VIII. Haec etsi Autophradates videbat, tamen statuit congredi, quam cum tantis copiis refugere aut
2 tam diu uno loco sedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Cardăcas appellant, ejusdemque generis tria funditorum, praeterea Cappadocum octo, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Aspendiorum

---

§. 3. *a qua re.* Ed. Long. *a* om. — *deligit.* Sic Dan. Gu. — Vulgo: *delegit.* — *circumiretur.* Sic Ed. Ultr. — Gu. Voss. B: *circuiretur.* — Ax.: *circumiretur.* — *eo.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Ax. ut vulgo: *cum eo.* — *obesse* Ax.: *abesse.* — Voss. B: *deesse.*

Cap. VIII.

§. 1. *Autophradates.* Dan. Gu. Ax.: *Autophrodates.* — Leid. 2: *Antrophrates.* — *tamen statuit.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. et fortasse omnes Codd.; etiam Edd. vett. omnes. — Lamb. Steph.: *satius tamen statuit.* — Ed. Ultr. in marg.: *Fort. maluit.*

§. 2. *Cardacas.* Sic Ed. Ultr. — Dan. Gu. Gif.: *Gardacas.* — Ax. Voss. B: *Gardetas.* — Voss. A: *Gardatas.* — Leid. 2: *Cardagtas.* — Edd. vett: *Gardates.* — *Aspendiorum.* Voss. B: *Aspendorum.* — *Captianorum.* Sic Codd. et Edd. — Ed. Ultr. in marg.: *Forte Caspianorum.* — *tria.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. — Edd. vett.: *tria millia.* — Leid. 2. Ed. Ultr. ubique *millia* addunt, velut *tria millia funditorum, praeterea Cappadocum octo millia etc. etc.*

et Pisidarum circiter tria, Cilicum duo, Captianorum toti-
dem, ex Graecia conductorum tria, levis armaturae ma-
ximum numerum. Has adversus copias spes omnis con- 3
sistebat Datami in se locique natura. Namque hujus
partem non habebat vicesimam militum. Quibus fretus
conflixit adversariorumque multa millia concidit, cum de
ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidisset.
Quam ob causam postero die tropaeum posuit, quo loco
pridie pugnatum erat. Hinc cum castra movisset sem- 4
perque inferior copiis, superior omnibus proeliis disce-
deret, quod numquam manum consereret nisi cum adver-
sarios locorum angustiis clausisset, quod perito regionum
callideque cogitanti saepe accidebat, Autophradates, cum 5
bellum duci majori regis calamitate, quam adversariorum
videret, pacem amicitiamque hortatus est, ut cum rege
in gratiam rediret. Quam ille etsi fidam non fore puta- 6

---

§. 3. *vicesimam.* Voss. B. Leid. 2: *vigesimam.* — *cum de ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidisset.* Leid. 1, om. — *adversariorumque.* Ed. Ultr. *que* om. — *cecidisset.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. Ald. Par. Lamb. al. — Voss. B Ed. Long.: *cecidissent.* — *pugnatum erat.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. Ed. Ultr. — Leid. 2. Edd. ante Boecl. *erat* om. — Ed. Boecl.: *pugnatum est.*

§. 4. *Hinc.* Dan. Ed. pr. Arg. Par. Ald. Long. Mag.; *Hic.* — *semperque inferior copiis, superior omnibus proeliis discederet.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. A. Ed. Ultr. — Leid. 2: *movisset, erat inferior copiis, superior omnibus proeliis, semperque discederet.* — Ed. Long. Mag. Steph. al.: *movisset, inferior copiis, superior omnibus proeliis discedebat.* — Ed. Par. Ald. Lamb.: *ut inferior copiis, ita superior omnibus proeliis discedebat.* — *nisi cum.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. — Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. *cum* om. — *quod perito.* Sic Codd. et Edd. — Ed. Long.: *quod quidem perito.*

§. 5. *Autophradates.* Dan. Ax.: *Autophrodates.* — *pacem amicitiamque.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. pr. Arg. Par. 2: *ad pacemque.* — Eaedem cum Ald. Long. Mag.: *atque amicitiam.* — Ed. Lamb.: *ad pacem atque amicitiam.* — *in gratiam.* Leid. 1: *in amicitiam.* — Ed. Long.: *et ut cum rege etc.*

§. 6. *fidam non.* Sic Dan. Gu. Ax. — Ed. Ultr. et cett. ante Boecl.: *non fidam.* — *Datamem.* Ed. Arg. Par. Ald. Long.

bat, tamen conditionem accepit seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamem susceperat, sedatum. Autophradates in Phrygiam se recepit.

1 Cap. IX. At rex, quod implacabile odium in Datamem susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere studuit, quas ille pleras-
2 que vitavit. Sicut cum ei nuntiatum esset, quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero (de quibus, quod inimici detulerunt, neque credendum neque negligendum putavit), experiri voluit verum falsumne sibi esset rela-
3 tum. Itaque eo profectus est, in quo itinere futuras insidias dixerant. Sed elegit corpore ac statura simillimum sui eique vestitum suum dedit atque eo loco ire, quo ipse consueverat, jussit. Ipse autem ornatu vestituque
4 militari inter corporis custodes iter facere coepit. At

---

al.: *Datamen.* — *sedatum.* Sic Gu. Leid. Voss. A. B. — Dan. Ed. Ultr.: *sedatum est.* — *Autophradates.* Dan. Leid. 2: *Autophredates.* — Ax.: *Antrophadates.* — Edd. vett.: *Androphredates.* — Voss. A: *Frigiam.* — *recepit.* Ed. Lamb. Steph.: *recipit.*

Cap. IX.

§. 1. *At.* Ax. Voss. B: *Atque.* — *Datamem.* Gu.: *Datamen.*

§. 2. *cum ei nuntiatum esset.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Lamb.: *cum sibi nuntiatum esset.* — Vulgo pronomen om. — *detulerunt.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. — Vulgo: *detulerant.* — *falsumne sibi esset relatum.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Ax.: *falsumve esset relatum.* — Ed. Long.: *falsumve sibi esset relatum.*

§. 3. *in quo itinere.* Sic Dan. Gu. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Ax. Boecl. *in* om. — *futuras insidias.* Sic Dan. Ed. Ultr. — Gu. Ax. Boecl. Mendos. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Arg. Par. Long.: *futuras insidias evenire.* — Ed. Lamb. Steph. al.: *futuras insidias illi.* — *dixerant.* Ax. Voss. B: *dixerat.* — *corpore ac statura.* Sic Gu. Leid. 1. Boecl. Ed. Ultr. — Mss. Bavv. Ax.: *corpore et statura.* — Ed. Ald. Lamb.: *corporis statura.* — *consueverat.* Leid. 2: *consuerat.* — Voss. A: *censuerat.* — *ornatu vestituque.* Sic Dan. Gif. — Gu. Mendos.: *ornatu vestitu.* — Ax. Ed. Ald. Par. Long. Lamb. Sav. al.: *ornatus vestitu.* — Vulgo: *ornatu* [*vestituque*].

§. 4. *impetum in eum faciunt.* Sic Dan. Gu. Ax. — Voss. B:

insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit,
decepti ordine atque vestitu impetum in eum faciunt, qui
suppositus erat. Praedixerat autem [his] Datames, cum
quibus iter faciebat, ut parati essent facere quod ipsum
vidissent. Ipse ut concurrentis insidiatores animadvertit, 5
tela in eos conjecit. Hoc idem cum universi fecissent,
priusquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant,
confixi conciderunt.

Cap. X. Hic tamen tam callidus vir extremo tem- 1
pore captus est Mithridatis, Ariobarzanis filii, dolo. Nam-
que is pollicitus est regi se eum interfecturum, si ei rex
permitteret, ut quodcumque vellet liceret impune facere,
fidemque de ea re more Persarum dextra dedisset. Hanc 2
ut accepit a rege missam, copias parat et absens amici-

---

faciunt impetum in eum. — **Vulgo:** *in eum faciunt impetum.* — *[his]* Ed. Lamb. om. — *parati.* Leid. 2: *paccati.*

§. 5. *concurrentis.* Sic Gu. Ed. Arg. Par. al. — **Vulgo:** *concurrentes.* — *conciderunt.* Sic Gu. Ax. Mendos. Voss. A. — **Vulgo:** *ceciderunt.*

Cap. X.

§. 1. *permitteret.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Par. Ald. Long. Lamb. al.: *promitteret.* — Leid. 2: *quodcunque vi vellet.* — *facere.* Ax. Boecl. Voss. B. om. — *dextram dedisset.* Leid. 1: *rex dextram dedisset.*

§. 2. *Hanc ut accepit a rege missam.* Sic Dan. Gu. Bavv. Boecl. Ed. Ultr. — Mendos. Put.: *Hanc ut accepit a rege,* verbo *missam* om. — Gif. Sav. Voss. A. Leid. 2: *Hanc ut recepit a rege* verbo *missam* om. — Ax. Voss. B: *Hanc ut accepit a rege missas copias parat.* — Ed. Arg. Par. Ald.: *Hanc ut recepit a rege missam.* — Ed. Long.: *Hanc ut recepit a rege, inimicitiam adversus regem simulat, copias parat.* — Lamb.: *Hanc ut accepit, simulat se suscepisse cum rege inimicitias, copias parat;* quae additamenta ex Polyaeno desumta videntur. — *provincias.* Sic Dan. Gu. Ax. Leid. 1. Voss. B. — Ed. Ultr. Par. Long. Lamb. al.: *provinciam.* — *capit.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Ax. Voss. A. B. et vett. Edd. praeter Lamb. Steph., quae *agit* legunt. — *partim suis.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Ax. Boecl. Voss. B. — Edd. al.: *partem suis.* — *dispertit.* Ax.: *dispartit.* — *partim ad Datamem.* Sic Leid. 1. Ax. Boecl. Voss. B. — Dan. Gu.: *pariter ad Datamem.* — Gu.: *Datamen.*

tiam cum Datame facit, regis provincias vexat, castella expugnat, magnas praedas capit, quarum partim suis dispertit, partim ad Datamem mittit. Pari modo complura
3 castella ei tradit. Haec diu faciendo persuasit homini se infinitum adversus regem suscepisse bellum, cum nihilo magis, ne quam suspicionem illi praeberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, sed communi odio, quod erga regem susceperant, contineri viderentur.

1 Cap. XI. Id cum satis se confirmasse arbitratus est, certiorem facit Datamem, tempus esse majores exercitus parari et bellum cum ipso rege suscipi, deque ea re, si ei videretur, quo loco vellet in colloquium veniret. Probata re colloquendi tempus sumitur locusque, quo
2 conveniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maxime habebat fidem, ante aliquot dies venit compluribusque locis separatim gladios obruit eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquii die utrique locum qui explorarent atque ipsos scrutarentur mittunt. Deinde ipsi sunt con-
3 gressi. Hic cum aliquamdiu in colloquio fuissent et di-

---

§. 3. *infinitum.* Voss. A: *in infinitum.* — *suspicionem illi.* Ax.: *illi suspicionem.* — *petivit.* Leid. 2: *penituit.* — *communi odio.* Sic Dan. Gu. — Vulgo: *odio communi.*

Cap. XI.

§. 1. *majores.* Gu.: *majoris.* — *et bellum.* Sic Gu. Ax. et omnes ante Boecl., qui primus *et* omisit. — *cum ipso rege.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. Lamb. al. *ipso* om. — *deque ea re.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Ax. Boecl. Voss. A. (Voss. B.?) Mendos. — Ed. Ultr. al.: *de qua re.* — *quo loco vellet.* Sic Dan. Leid. 1. Gu. Boecl. Ax. Mendos. Ed. Ultr. — Leid. 2: *quocunque loco vellet.* — Ed. Par. Ald. Long. Lamb. al. *loco* om.

§. 2. *cum uno.* Leid. 2. om. — *maxime.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Ax. Boecl. Voss. B. *maxime* om. — Vulgo: *maximam.* — *colloquii.* Sic Dan. Gu. Gif. — Vulgo: *colloquendi.* — *ipsi sunt congressi.* Sic Dan. Gu. Ax. al. Ed. Ultr. — Ed. Long. *ipsi* om. — Ax. tamen *egressi.*

§. 3. *diversi.* Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. B: *diverse.* — *pareret.* Ax. Edd. quaedd.: *pararet.* — *ibi.* Ed. Ultr. om. — *imposi-*

versi discessissent jamque procul Datames abesset, Mi-
thridates, priusquam ad suos perveniret, ne quam suspi-
cionem pareret, in eumdem locum revertitur atque ibi,
ubi telum erat impositum, resedit, ut si lassitudine cu-
peret acquiescere, Datamemque revocavit simulans se
quiddam in colloquio esse oblitum. Interim telum, quod 4
latebat, protulit nudatumque vagina veste texit ac Da-
tami venienti ait digredientem se animadvertisse locum
quemdam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse
idoneum. Quem cum digito demonstraret et ille respi- 5
ceret, aversum ferro transfixit priusque quam quisquam
posset succurrere, interfecit. Ita ille vir, qui multos con-
silio, neminem perfidia ceperat, simulata captus est ami-
citia.

---

tum. Sic Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Dan. Gu.: *impostum.* — Ed. Lamb.: *positum.* — *ut si.* Ax.: *ac si.* — *lassitudine.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. Edd. ante Lamb. — Vulgo: *a lassitudine.* — *Datamemque.* Gu.: *Datamenque.* — Boecl. Ax.: *Datamem,* voce *que* om. — *quiddam.* Sic Gu. Boecl. Ed. Ultr. Lamb. — Ax. Voss. B: *quoddam.* — Voss. A. Leid. 2: *quaedam.* — Ed. Long.: *cujusdam.* — *esse oblitum.* Ax.: *fuisse oblitum.* — Boecl. *esse* om.

§. 4. *Digredientem se animadvertisse.* Sic Gu. Ax. Ernst. Ed. Ultr. Long. — Edd. vett.: *digrediendum: se animadvertisse.* — Ms. Ernst. *se* om. — *esse idoneum.* Voss. B. *esse* om. —

§. 5. *demonstraret.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. Leid. 2. — Ed. Ultr. Long. Lamb. al.: *monstraret.* — *ille.* Voss. B: *illi.* — *respiceret.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Vulgo: *conspiceret.* — *aversum.* Voss. B: *adversum.* — *priusque.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. Par. Ald. Lamb. — Ax. Ed. Long. Mag. al.: *et prius.* — *posset succurrere.* Ax.: *succurrere posset.* — *Ita ille vir.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. cum Edd. ante Boecl. — Vulgo: *Ita vir.*

XV. EPAMINONDAS.

Argumentum.

Cap. I. *De moribus Graecorum animadversio.* II. *Epaminondae pueritia et adolescentia.* III. *Ejus animi virtutes.* IV. *Exemplum ejus abstinentiae.* V. *Ejus dicendi vis.* VI. *Exempla hujus eloquentiae. Pugna ad Leuctra.* VII. *Injuriarum immemor exercitum incolumem domum reducit; in Peloponneso bellum gerit.* VIII. *Accusatus feliciter a judicio capitis se liberat.* IX. *Apud Mantineam invictus moritur.* X. *Coelibatus criminatio diluta. Horror a civili caede. Thebarum gloria.*

1 Cap. I. *Epaminondas*, Polymnis filius, Thebanus. De hoc priusquam scribimus, haec praecipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant; neve ea, quae ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse
2 arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus abesse a principis persona, saltare vero etiam in vitiis poni. Quae omnia apud Graecos et grata et laude digna du-
3 cuntur. Cum autem exprimere imaginem consuetudinis atque vitae velimus Epaminondae, nihil videmur debere praetermittere, quod pertineat ad eam declarandam.
4 Quare dicemus primum de genere ejus, deinde quibus

Epaminondas.

Cap. I.

§. 1. *Epaminondas.* Voss. A. B: *Epaminundas.* — *Polymni.* Voss. B: *Polumni.* — Leid. 2: *Polympni.* — *de hoc.* Boecl. Ax. Voss. B: *de quo.* — *scribimus.* Sic Gu. — Vulgo: *scribamus.*

§. 2. *a principis.* Ax. Voss. B: *ab principis.* — *vero etiam.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. Boecl. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Par. Long. Lamb. al. *vero* om. — *ducuntur.* Ed. Arg. Par. Long. al.: *dicuntur.*

§. 3. *atque vitae.* Ax. *atque* om. — *videmur debere.* Voss. B: *videmur velle.*

§. 4. *primum.* Sic Gu. Boecl. Ax. et codd. Staver. praeter Voss. B., qui *primus* habet, et Edd. ante Heusing., qui *primo* dedit. — *de genere ejus.* Ax. *ejus* om. — *deinde, quibus disciplinis.* Boecl. Ax.: *deinde de disciplinis.* — *memoria digna.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *digna memoria.* — *a plurimis.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Gif. Sav. Ax. — Boecl. Voss. B: *a plurimis pluribus.* — Leid. 2. Ed. Ultr. Par. Ald. Long. Lamb. al. *a* om.

disciplinis et a quibus sit eruditus, tum de moribus ingeniique facultatibus, et si qua alia memoria digna erunt; postremo de rebus gestis, quae a plurimis omnium anteponuntur virtutibus.

Cap. II. Natus igitur patre quo diximus genere ho- 1
nesto pauper jam a majoribus relictus, eruditus autem sic, ut nemo Thebanus magis. Nam et citharizare et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio, qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon aut Lamprus, quorum pervulgata sunt nomina, cantare tibiis ab Olympiodoro, saltare a Calliphrone. At philosophiae 2
praeceptorem habuit Lysim Tarentinum, Pythagoreum: cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem ac severum senem omnibus aequalibus suis in familiaritate anteposuerit neque prius eum a se dimiserit, quam in doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari modo superaturum omnes in ceteris artibus. Atque haec ad nostram consuetudinem sunt levia et po- 3
tius contemnenda, at in Graecia utique olim magnae

Cap. II.

§. 1. *genere honesto.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *honesto genere.* — *et citharizare.* Ed. Ultr. *et* om. — *Damon.* Voss. B: *Damo.* — *Lamprus.* Dan. Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. Ald. Long. al.: *Lampus.* — *pervulgata.* Voss. A: *pervigilata.* — Ax.: *quorum pervulgata carmina, cantare tibiis.* — *nomina; cantare.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Ed. Ultr. — Boecl. Voss. A. B. Ed. pr. utraq. Par. Ald. Long. Lamb. al.: *nomina; carmina cantare.* — *Calliphrone.* Voss. A: *Caliphrone.*

§. 2. *Lysim.* Sic Ed. Lamb. Steph. al. — Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. Dan. (in quo tamen alia manu *Lysim* correctum erat) Ed. Ultr. Par. Ald. Long.: *Lysiam.* — *et severum.* Gu. Ed. Ultr.: *ac severum.* — *anteposuerit.* Leid. 2: *composuerit.* — *in doctrinis.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. — Leid. 2. Ed. Ultr. Par. Ald. Long. Lamb. al. *in* om. — *antecessit.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. et omnes ante Bos. edit. — Boecl. Voss. B. ut vulgo: *antecesserit.* — *posset.* Gu. Dan.: *possit.* — Ed. Lamb.: *in ceteris artibus superaturum.*

§. 3. *magnae laudi.* Mendos.: *magnae* littera *i* supra script. et *laudi* om.

4 laudi erant. Postquam ephebus est factus, et palaestrae
dare operam coepit, non tam magnitudini virium servi-
vit, quam velocitati. Illam enim ad athletarum usum,
5 hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque
exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem
quoad stans complecti posset atque contendere. In ar-
mis vero plurimum studii consumebat.

1 Cap. III. Ad hanc corporis firmitatem plura etiam
animi bona accesserant. Erat enim modestus, prudens,
gravis, temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis
manu, animo maximo, adeo veritatis diligens, ut ne joco
2 quidem mentiretur. Idem continens, clemens patiensque
admirandum in modum non solum populi, sed etiam ami-
corum ferens injurias, in primis commissa celans, quod
interdum non minus prodest, quam diserte dicere; stu-
3 diosus audiendi; ex hoc enim facillime disci arbitrabatur.
Itaque cum in circulum venisset, in quo aut de re pu-
blica disputaretur aut de philosophia sermo haberetur,
numquam inde prius discessit, quam ad finem sermo

---

§. 4. *postquam.* Boecl. Ax. Voss. B: *post.* — *est factus.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. B. — Vulgo: *factus est.* — *ad athletarum.* Ax. Boecl. Voss. B. *ad* om. — *et luctando.* Boecl. om. — *ad eum finem.* Leid. 1. om. — *quoad stans.* Sic Gu. Ed. Ultr. Lamb. — Bavv. Ernst. Voss. A: *quo adstans.* — Leid. 2: *quo astans.* — Boecl. Voss. B: *quod stans.* — Ax.: *quod istas.* — *In armis vero.* Sic Dan. Gu. Voss. A. B. Leid. 2. — Ax. Ed. Ultr. et vett. Edd. *vero* om. — *consumebat.* Voss. B: *consumabat.*

Cap. III.

§. 1. *Ad hanc.* Voss. A: *At hanc.* — *plura.* Sic omnes libri; Bosius sine ulla auctoritate *plurima.* — *gravis.* Ax.: *gnavis.* *ne joco.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Long. Par. al.: *nec joco.*

§. 2. *admirandum in modum.* Voss. B: *admirum in modum.* — Ax.: *mirum in modum.* — *inprimis.* Sic Dan. Leid. 2. — Vulgo: *inprimisque.* — *dicere.* Ax. om.

§. 3. *inde prius.* Ax.: *prius inde.* — *adductus.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Ax. Mendos. Ed. Ultr. — Voss. B: *aductus.* — Leid. 2: *eductus.* — Voss. A. Ed. Par. Long. Mag. Lamb. al.: *deductus.*

esset adductus. Paupertatem adeo facile perpessus est, 4
ut de re publica nihil praeter gloriam ceperit, amicorum in se tuendo caruerit facultatibus. Fide ad alios sublevandos saepe sic usus est, ut judicari possit omnia ei cum amicis fuisse communia. Nam cum aut civium suo- 5
rum aliquis ab hostibus esset captus aut virgo amici nubilis, quae propter paupertatem collocari non posset, amicorum consilium habebat et quantum quisque daret pro facultatibus imperabat. Eamque summam cum fece- 6
rat, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat, ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent faciebat, ut ille, ad quem ea res perveniebat, sciret quantum cuique deberet.

Cap. IV. Tentata autem ejus est abstinentia a Dio- 1
medonte Cyziceno. Namque is rogatu Artaxerxis regis

---

§. 4. *adeo facile.* Leid. 2. om. — *ceperit.* Ax.: *cepit.* — *caruerit.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Mendos. Leid. 2. — Ed. Ultr. et vett. Edd. ut vulgo: *caruit.* — *judicari possit.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. — Vulgo: *possit judicari.*

§. 5. *esset captus.* Sic Dan. Gu. — Ed. Ultr. et cett. ante Boecl.: *fuisset captus.* — *quae propter paupertatem collocari non posset.* Sic Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. B. Ed. Ultr. Arg. Paris. 2. Mag. — Sav. Gif. Put. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ald.: *quam propter paupertatem collocare non posset.* — Lamb. auctor est script. vulg., qua *quae* omittitur. — *consilium.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. pr. utraq. Par. Ult. Long. — Ed. Lamb. ut vulgo: *concilium.* — *pro facultatibus.* Sic Gu. Ax. et omnes Edd. ante Lamb., qui *pro cujusque facultatibus* scripsit.

§. 6. *cum fecerat.* Sic Dan. Gu. Leid. 2. Voss. A. — Ax. Ed. Ultr. et vett.: *faceret.* — *quantum cuique deberet.* Sic Gu. et omnino omnes codd. et Edd. praeter Ald. Lamb. Steph. quae legunt: *quibus et quantum cuique deberet.*

Cap. IV.

§. 1. *tentata.* Voss. A: *temptata.* — *ejus est.* Ax. Ed. Long.: *est ejus;* haud male. — Voss. B. *est* om. — *Artaxerxis regis.* Sic Gu. Ax. Boecl. — Vulgo *regis* om. — *pecunia.* Boecl. om. — *Micythum.* Sic Ultr. — Gu. Dan. Ax. Voss. A: *Michitum.* — Voss. B: *Michithum.* — Leid. 2: *Admihitte.* — *Micythus.* Dan.: *Michytus.* — Ax.: *Michitus.* — *Diomedontis.* Dan. Gu. Ed. Ultr.: *Diomedonti.*

Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit et Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit et causam adventus Diome-
2 dontis ostendit. At ille Diomedonte coram: *Nihil,* inquit, *opus pecunia est. Nam si rex ea vult, quae Thebanis sint utilia, gratis facere sum paratus; sin autem contraria, non habet auri atque argenti satis. Namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriae cari-*
3 *tate. Tu quod me incognitum tentasti tuique similem existimasti non miror tibique ignosco. Sed egredere propere, ne alios corrumpas, cum me non potueris, et tu, Micythe, argentum huic redde: nisi id confestim*
4 *facis, ego te tradam magistratui.* Hunc Diomedon cum rogaret, *ut tuto exiret suaque quae attulisset liceret efferre, Istud quidem,* inquit, *faciam, neque tua causa, sed mea, ne, si tibi sit pecunia ademta, aliquis dicat id ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere*

---

§. 2. *rex ea.* Sic Dan. Gu. Ax. — Vulgo: *ea rex.* — *sint utilia.* Ax. Ed. Mag. Steph.: *sunt utilia.* — *namque orbis... caritate.* Haec verba Ed. Ultr. om.

§. 3. *Tu quod.* Sic Dan. Gu. Ax. — Mendos.: *tuque.* — Boecl. et omnes Edd. ante Lamb.: *tu qui.* — Lamb. et pleriq. recentt.: *te, qui.* — *tibique.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Lamb. al. *que* om. — *ne alios.* Voss. A. Leid. 2: *neque alios.* — *Et tu.* Sic Dan. Gu. — Ax. et vett. Edd.: *i tu.* — *Micythe.* Sic Ed. Ultr. — Gu. Ax.: *Michite.* — Dan.: *Mychyte.* — Ed. Long.: *Mythice.* — Ald. Lamb. *Micythe* om. — *nisi id.* Sic Ax. Voss. B. — Gu. Edd. vett. ante Boecl.: *aut nisi id.* — *ego te tradam.* Boecl. Voss. B. *te* om. — *magistratui.* Leid. 2: *magistratu.*

§. 4. *exiret.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Ed. pr. Arg. Ultr. Long. — Leid. 2: *exiet.* — Vulgo: *exire.* — *Istud quidem.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo *quidem* om. — *attulisset.* Dan. Gu.: *attulerat;* in Gu. tamen supra script.: *l isset.* — *id ad me.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Boecl. Ax. Voss. B: *id a me.* — Voss. A: *ad id me.* — Leid. 2. Ed. Long.: *id me.* — Ed. Par. Ald. Lamb. al.: *ad me* voce *id* om.

noluissem. A quo cum quaesisset, *quo se deduci vellet,* 5
et ille, *Athenas,* dixisset, praesidium dedit, ut tuto perveniret. Neque vero id satis habuit, sed etiam ut inviolatus in navem adscenderet, per Chabriam Atheniensem, de quo supra mentionem fecimus, effecit. Abstinentiae erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre 6
possemus, sed modus adhibendus est, quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium concludere constituimus, quorum separatim multis millibus versuum complures scriptores ante nos explicarunt.

Cap. V. Fuit etiam disertus, ut nemo ei Thebanus 1
par esset eloquentia, neque minus concinnus in brevitate

---

§. 5. *quaesisset.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Edd. vett. — Ed. Keuch.: *quaesiisset.* — *deduci.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. A. Leid. 2. — Voss. B. Ed. Ultr. Ald. Long. al.: *duci.* — *dixisset.* Sic Gu. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. Steph. al.: *diceret.* — *tuto.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. — Vulgo: *eo tuto.* — Leid. 2: *ex tuto.* — *adscenderet.* Sic Voss. A. B. Leid. 2. — Dan. Gu.: *escenderet.* — Ax.: *ostenderet.* — Ed. Ultr.: *conscenderet.* — *Atheniensem.* Ed. Lamb. Steph. al.: *Atheniensem curavit.* — Ed. Long.: *Atheniensem procuravit.* — *effecit.* Sic Dan. Gu. Ax. Gif. Mendos. Codd. Staver. — Ed. Ultr. *effecit* om., et in marg. script.: *Post dictionem Atheniensem opinor interjiciendum curavit aut simile verbum.* — Edd. vett. *effecit* om.

§. 6. *proferre.* Boecl. Voss. B. Ax. om. — *vitam.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. Ed. pr. Ald. Par. al. — Boecl. Voss. B. Ed. Long. al.: *vitas.* — *virorum.* Sic Ax. Boecl. Voss. B. — Voss. A: *virorum complurimum.* — Gu. Ed. Ultr. Ald. Long. Lamb. et omnes omnino ante Boecl.: *virorum complurium.* — *concludere.* Boecl. Voss. B: *conducere.* — *constituimus.* Leid. 2: *constituemus.* — Ed. Ultr.: *statuimus.* — *quorum.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. et pleraeq. vett. Edd. — Ed. Long. Mag. Steph.: *quas.*

Cap. V.

§. 1. *etiam disertus.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *et disertus.* — *nemo ei Thebanus.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Ax. Boecl.: *nemo ex Thebanis.* — Leid. 2: *ne nemo.* — Voss. A. B. Edd. vett. ante Lamb. *ei* om. — Vulgo: *nemo Thebanus ei.*

2 respondendi, quam in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem Meneclidam quemdam indidem Thebis et adversarium in administranda re publica satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet. Namque illi genti
3 plus inest virium, quam ingenii. Is quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. Huic ille: *Fallis,* inquit, *verbo civis tuos, quod hos a bello avocas; otii enim nomine servitutem*
4 *concilias: nam paritur pax bello. Itaque qui ea diutina volunt frui bello exercitati esse debent. Quare si principes Graeciae vultis esse, castris est vobis uten-*
5 *dum, non palaestra.* Idem ille Meneclidas cum huic objiceret, *quod liberos non haberet neque uxorem duxisset, maximeque insolentiam, quod sibi Agamemnonis belli gloriam videretur consecutus,* at ille: *Desine,* inquit, *Meneclida, de uxore mihi exprobrare; nam nul-*

---

§. 2. *Meneclidam.* Dan.: *Meneclydem.* — Gu.: *Meneclidem.* — Ax. Ed. Ultr. Lamb. et vulgg.: *Meneclidem.* — *indidem.* Voss. B: *indedem.* — *et adversarium.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Boecl. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. *et* om. — *in administranda.* Leid. 2. *in* om. — *exercitatum.* Voss. B: *exercitus.*

§. 3. *civis tuos.* Sic Gu. Ed. Arg. Par. — Vulgo: *cives tuos.* — *avocas.* Sic Ed. Ultr. — Gu. Ax. Boecl. Mendos. Voss. A. B. et Edd. ante Lamb. omnes: *evocas.*

§. 4. *vultis esse.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *esse vultis.* — *vobis utendum.* Voss. A: *nobis utendum.*

§. 5. *Meneclidas.* Dan. Gu.: *Meneclydes.* — Ax. Voss. B: *Menaclides.* — Ed. Ultr.: *Meneclides.* — *quod sibi.* Ed. Ultr. *sibi* om. — *belli gloriam.* Sic Dan. Gu. Ax. Mendos. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Leid. 2. Ed. Mag. Long. Lamb. al.: *bello gloriam.* — *Meneclida.* Sic Gu. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Dan.: *Meneclyda.* — Ax.: *Menaclida.* — Ed. Lamb. Steph. al.: *Meneclide.* — Ed. Long.: *Menedemida.* — Aliae aut *Menedida,* aut *Menedide.* — *minus uti.* Sic Dan. Gu. Mendos. Leid. 1. Ax. Voss. A. B. — Edd. vett. ante Boecl. omnes: *minus quam tuo uti.* — *Meneclidas.* Sic Voss. A. B. Leid. 2. — Gu.: *Meneclydas.* — Ax.: *Menaclidas.* — Ed. Ultr.: *Meneclides.*

lius in ista re minus uti consilio volo. Habebat enim
Meneclidas suspicionem adulterii. *Quod autem me Aga-* 6
*memnonem aemulari putas, falleris. Namque ille cum
universa Graecia vix decem annis unam cepit urbem,
ego contra ea una urbe nostra dieque uno totam
Graeciam Lacedaemoniis fugatis liberavi.*

Cap. VI. Idem cum in conventum venisset Arcadum 1
petens, ut societatem cum Thebanis et Argivis facerent,
contraque Callistratus Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo praestabat tempore, postularet, ut potius
amicitiam sequerentur Atticorum, et in oratione sua multa
invectus esset in Thebanos et Argivos, in eisque hoc
posuisset: *Animadvertere debere Arcadas qualis utra-* 2
*que civitas civis procreasset, ex quibus de ceteris possent judicare: Argivos enim fuisse Orestem et Alcmaeŏnem, matricidas: Thebis Oedipum natum, qui cum
patrem suum interfecisset, ex matre liberos procreasse:*
huic in respondendo Epaminondas cum de ceteris per- 3

---

§. 6. *falleris.* Mendos.: *fallis.* — *contra ea una.* Sic Dan. Gu. Gif. Mendos. Voss. A. Leid. 2. — Ax.: *contra una.* — Ed. Ultr. cum vulgg.: *contra ex una.*

Cap. VI.

§. 1. *Arcadum.* Gu. Ax. Voss. A: *Archadum.* — *Atheniensium legatus.* Boecl. Ax. Voss. B: *Atheniensium ductor legatus.* — *amicitiam.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Voss. B: *amicitia.* — Voss. A. Leid. 2. Ed. pr. Par. Ald. Long. al.: *amicitias.* — *multa.* Boecl. Voss. B. Ax. om. — *in eisque.* Voss. B: *in eosque.*

§. 2. *animadvertere.* Voss. A: *animum advertere.* — Gu.: *animum avertere.* — *Arcadas.* Sic Leid. 2. Ed. Ultr. cum cett. Edd.; Lamb.: *Arcades.* — Gu. Ax. Voss. A: *Archadas.* — *qualis.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *quales.* — *civis.* Sic Gu. Voss. A. — Ax. Ed. Ultr.: *cives.* — *Orestem.* Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2: *Horestem.* — *Alcmaeonem.* Leid. 2: *Alcyneonem.* — Edd. vett.: *Alcmeonem.* — *Oedipum.* Leid. 2. Voss. A. B: *Oedippum.* — *procreasse.* Sic Dan. Gu. Ed. Lamb. — Ax. codd. Staver. Ed. Ultr. Long. Mag. al.: *procreasset.*

§. 3. *huic.* Sic Gu. Ax. Boecl. Ed. pr. Arg. Par. 2. Ultr. Long. Mag. — Voss. A: *hinc.* — Voss. B. Leid. 2. Ed. Par. 1. Lamb.: *hic.* — *animadverterit.* Gu. Ax. Boecl.: *animadvertit.* —

orasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit, *Admirari se*, dixit, *stultitiam rhetoris Attici, qui non animadverterit innocentes illos natos, domi scelere admisso cum patria essent expulsi receptos esse ab Atheniensibus.*
4 Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartae legati ante pugnam Leuctricam; quo cum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum A. Ch. n. 371. conventu sic Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio sociorum Lacedaemonii privarentur.

1 Cap. VII. Fuisse patientem suorumque injurias ferentem civium, quod se patriae irasci nefas esse duceret, haec sunt testimonia. Cum eum propter invidiam cives praeficere exercitui noluissent duxque esset delectus belli imperitus, cujus errore eo esset deducta res, ut omnes de salute pertimescerent, quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur, desiderari coepta

---

Ed. Mag. Steph.: *animadverteret.* — *admisso.* Voss. B: *amisso.* — *expulsi.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Voss. A. Leid. 2. Edd. vett.: *pulsi.*

§. 4. *legati ante pugnam Leuctricam.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Gif. Mendos. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. al. haec verba om. — *legationum.* Sic Dan. Ax. Boecl. Voss. B. Ed. Ultr. — Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A: *legionum.* — *sic.* Voss. A: *si.* — Voss. B: *Leutrica pugna.* — *sociorum Lacedaemonii.* Dan.: *Lacedaemonii sociorum.*

Cap. VII.

§. 1. *Fuisse patientem.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. — Leid. 2. Ed. Ultr. et Edd. ante Boecl.: *fuisse autem patientem.* — *praeficere exercitui.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Long. Ultr. — Lamb.: *exercitui praeficere.* — Ed. pr. utraq. Par. Ald. *exercitui* om. — Gu. *sui* post *cives* addit. — *esset deducta res.* Dan. Gif.: *esset deducta illa multitudo militum.* — Gu.: *esset deducta illa mulitum.* — Leid. 1: *esset deducta illa militum multitudo.* — Boecl. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. pr. Ald. Par. Long. Lamb.: *esset deducta res illa militum.* — Voss. B. Ed. Ultr.: *esset deducta res militum.* — *numero militis.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. Steph. al.: *numero militum.*

est Epaminondae diligentia. Erat enim ibi privatus nu- 2
mero militis. A quo cum peterent opem, nullam adhi-
buit memoriam contumeliae et exercitum obsidione libe-
ratum domum reduxit incolumem. Nec vero hoc semel 3
fecit, sed saepius. Maxime autem fuit illustre cum in A. Ch. n. 366.
Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedaemo-
nios haberetque collegas duos, quorum alter erat Pelo-
pidas, vir fortis ac strenuus. Hi cum criminibus adver-
sariorum omnes in invidiam venissent ob eamque rem
imperium his esset abrogatum atque in eorum locum
alii praetores successissent, Epaminondas populiscito non 4
paruit idemque ut facerent persuasit collegis et bellum,
quod susceperat, gessit. Namque animadvertebat, nisi
id fecisset, totum exercitum propter praetorum impru-
dentiam inscitiamque belli periturum. Lex erat Thebis, 5
quae morte multabat, si quis imperium diutius retinuis-
set, quam lege praefinitum foret. Hanc Epaminondas
cum rei publicae conservandae caussa latam videret, ad
perniciem civitatis conferre noluit et quatuor mensibus
diutius, quam populus jusserat, gessit imperium.

Cap. VIII. Postquam domum reditum est, collegae 1
ejus hoc crimine accusabantur, quibus ille permisit,
omnem ut caussam in se transferrent suaque opera fa-

---

§. 3. *Nec vero.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. — Vulgo: *Neque vero.* — *in Peloponnesum.* Sic Gu. et vett. Edd. omnes. — Boecl. Ax. Voss. B. *in* om. — *duos.* Ed. Arg. Par. 1. Mag.: *suos.* — *Hi cum.* Sic Boecl. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Dan. Gu.: *Hii cum.* — Edd. rell.: *Hic cum.*

§. 4. *populiscito.* Sic Dan. Gu. Gif. Ed. Ultr. — Ax. Edd. vett.: *plebiscito.* — Voss. B: *plebescito.* — *nisi id.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Edd. vett.: *ubi id.* — *inscitiamque.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. Edd. — Vulgo: *inscientiamque.*

§. 5. *retinuisset.* Sic Dan. Gu. et Edd. — Boecl. Ax.: *tenuisset.*

Cap. VIII.

§. 1. *obedirent.* Ed. Ultr.: *obedierint.* — *quod quid diceret.* Boecl. Ax. Voss. B: *qui quid diceret.*

ctum contenderent, ut legi non obedirent. Qua defensione illis periculo liberatis nemo Epaminondam respon-
2 surum putabat, quod quid diceret non haberet. At ille in judicium venit, nihil eorum negavit, quae adversarii crimini dabant, omniaque, quae collegae dixerant, confessus est neque recusavit, quo minus legis poenam subiret, sed unum ab iis petivit, ut in periculo suo in-
3 scriberent: *Epaminondas a Thebanis morte multatus*
A. Ch. n. 371. *est, quod eos coëgit apud Leuctra superare Lacedaemonios, quos ante se imperatorem nemo Boeotiorum*
4 *ausus fuit adspicere in acie; quodque uno proelio non solum Thebas ab interitu retraxit, sed etiam universam Graeciam in libertatem vindicavit eoque res utrorumque perduxit, ut Thebani Spartam oppugnarent,*
5 *Lacedaemonii satis haberent, si salvi esse possent, neque prius bellare destitit, quam Messene restituta urbem eorum obsidione clausit.* Haec cum dixisset, risus

---

§. 2. *dixerant.* Sic omnes codd. et vett. Edd. — Boecl. Ed. ult. operarum errore script.: *dixerunt.* — *recusavit.* Boecl.: *renuntiavit.* — Gu. Ax. et cett. codd.: *recusavit.* — *legis poenam.* Ax. Boecl.: *poenam legis.* — *ab iis.* Gu. Boecl. Ax. Ed. pr. Par. Lamb.: *ab his.* — *in periculo.* Sic omnino Codd. — Ed. Ald.: *sepulchro.* — Long. conj: *in peristylio;* Memmius: *in scapulo;* Lamb.: *in cippo* vel *in cippulo;* Sirmondus: *in pariculo.* — *inscriberent.* Sic Gu. Bavv. Leid. 1. 2. Sav. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Ed. Lamb. Steph. al.: *conscriberent.*

§. 3. *Leuctra.* Gu. Voss. B. Leid. 2: *Leuctram.* — Voss. A: *Leuctrium.* — Ax.: *Leuctra.* — *Boeotiorum.* Dan. Gu.: *Boetorum.* — Ax. Leid. 2: *Boetiorum.* — Voss. B: *Boeticorum.* — Voss. A: *Boetonum.* — *adspicere.* Ax. Voss. B: *inspicere.*

§. 4. *quodque.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Voss. A. Ed. Ald. Long. al.: *In acie quoque.* — *retraxit.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. omnesque editi; Al. ap. Lamb.: *extraxit.* — *sed etiam.* Ax. *etiam* om.

§. 5. *destitit.* Leid. 2: *destititis.* — *Messene.* Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. — Aliae Edd.: *Messena.* — *restituta.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Gif. Sav. Voss. A. Ed. Ultr.; Boecl. Ax.: *destituta.* — Voss. B. Ed. Ald. Long. ut vulgo: *constituta.* — *de eo.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. Lamb. et omnes ante Bos. om.

omnium cum hilaritate coortus est neque quisquam judex ausus est de eo ferre suffragium. Sic a judicio capitis maxima discessit gloria.

Cap. IX. Hic extremo tempore imperator apud Man- 1
tineam, cum acie instructa audacius instaret hostes, cognitus a Lacedaemoniis, quod in unius pernicie patriae A. Ch. n. 363.
sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt neque prius abscesserunt, quam magna caede [facta, multisque occisis,] fortissime ipsum Epaminondam pugnantem sparo eminus percussum concidere viderunt.
Hujus casu aliquantum retardati sunt Boeotii neque ta- 2
men prius pugna excesserunt, quam repugnantis profligarunt.
At Epaminondas cum animadverteret mortiferum 3
se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim emissurum, usque eo retinuit, quoad renuntiatum est vicisse Boeotios.
Id postquam audivit: *satis*, inquit, *vixi; in-* 4
victus enim morior. Tum ferro extracto confestim exanimatus est.

Cap. IX.

§. 1. *hostes.* Sic Dan. — Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. et vett. Edd.: *hostibus.* — *cognitus.* Boecl. Ax. Voss. B: *cognitum.* — *in unius pernicie ejus.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Ed. Ultr. Ald. Long. — Voss. B. *ejus* om. — Ed. Lamb. Steph.: *in ejus unius pernicie.* — Voss. B: *ascesserunt.* — [facta multisque occisis]. Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. *facta* om. — *fortissime.* Sic Leid. 1. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. Lamb. al. om. — *sparo.* Leid. 2: *pharo.*

§. 2. *casu.* Sic Voss. B. Ed. Ultr. — Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. et vett. Edd.: *causa.* — *Boeotii.* Gu. Ax. Voss. A. B: *Boetii.* — *repugnantis.* Sic Gu. Voss. A. — Vulgo: *repugnantes.* — *aliquantum.* Sic Dan. Gu. Ax. — Ed. Ultr. Long. Mag.: *aliquantulum.*

§. 3. *se vulnus.* Ax.: *vulnus se.* — *emissurum.* Sic Gu. Sav. Gif. Put. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ox. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Par. Ald. Long. Lamb.: *amissurum.*

§. 4. *vixi.* Voss. A: *nixi.*

1 Cap. X. Hic uxorem numquam duxit. In quo cum
reprehenderetur, quod liberos non relinqueret, a Pelo-
pida, qui filium habebat infamem, maleque eum in eo
patriae consulere diceret: *vide,* inquit, *ne tu pejus con-*
2 *sulas, qui talem ex te natum relicturus sis. Neque*
vero stirps mihi potest deesse. Namque ex me natam
relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi su-
3 *perstes, sed etiam immortalis sit necesse est.* Quo
tempore duce Pelopida exsules Thebas occuparunt et
praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epa-
minondas quam diu facta est caedes civium domo se te-
nuit, quod neque malos defendere volebat neque impu-
gnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque
omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, post-
quam ad Cadmeam cum Lacedaemoniis pugnari coeptum
4 est, in primis stetit. Hujus de virtutibus vitaque satis

Cap. X.

§. 1. *quod liberos non relinqueret.* Sic Dan. Gu. Sav. Boecl. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui haec verba post *diceret* inseruit. — Leid. 1: *reprehenderetur a Pelopida, quod liberos non relinqueret.* — *maleque.* Leid. 2. *que* om.

§. 2. *mihi potest.* Gu.: *potest mihi.* — *Namque.* Ax.: *Nam.*

§. 3. *occuparunt.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Steph. al.: *occupaverunt.* — *domo.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Sav. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ox. Ed. Long. — Ed. Par. Ald. Ultr. [in Errat. tamen *domo*] Lamb. al.: *domi.* — *tenuit.* Sic iidem illi Codd. — Edd. Ald. Par. Long. Lamb. al.: *retinuit.* — *ne manus.... cruentaret.* Sic Gu. Ed. Ultr. Ald. Mag. — Boecl. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Par. Long.: *neque.... cruentare.* — *putabat.* Boecl. Voss. A. om. — *Idem.* Sic Gu. Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Edd. cett. ante Boecl.: *idemque.* — *apud Cadmeam.* Dan. Gu. Ax. Boecl. Voss. A: *apud Achademiam.* — Sav. Mendos. Ed. Ultr. et vett.: *apud Academiam.* — Voss. B: *Achademi.* — Leid. 2: *apud Mantineam.* — Ed. Long.: *apud Cadmeiam.* — Ed. Ald. Lamb.: *ad Cadmiam.* — *cum Lacedaemoniis pugnari coeptum est.* Sic Ed. Ultr. — Boecl. Ax. Voss. B: *cum Lacedaemoniis pugnavit.* — Dan. Voss. A. Leid. 2: *cum Lacedaemoniis pugnare coepit.* — Gu.: *cum Lacedaemoniis pugnatum est cepit;* et ad verba *pugnatum est* supra scriptum: *ri.* — Ed. Long.: *pugnare cum Lacedaemoniis coepit.* — Ald. Lamb.: *pugnari cum Lacedaemoniis coepit.*

§. 4. *it infitias.* Sic Leid. 1. 2. Gu. [*id*]. — Vulgo: *eat in-*

erit dictum, si hoc unum adjunxero, quod nemo it infitias, Thebas et ante Epaminondam natum et post ejusdem interitum perpetuo alieno paruisse imperio; contra ea quam diu ille praefuerit rei publicae caput fuisse totius Graeciae. Ex quo intelligi potest unum hominem pluris, quam civitatem fuisse.

XVI. PELOPIDAS.

Argumentum.

Cap. I. *In exsilium ejicitur.* II. *Cum duodecim adolescentibus clam Thebas revertitur.* III. *Interfectis tyrannis libertatem patriae restituit.* IV. *Reliquae ejus expeditiones cum Epaminonda.* V. *Proelio adversus Alexandrum Pheraeum cadit.*

Cap. I. *Pelopidas* Thebanus magis historicis, quam 1 vulgo notus. Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quod vereor, ne, si res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere; si tantummodo summas attigero, ne rudibus Graecarum lit-

---

fitias. — *ejusdem.* Sic Gu. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Ax. ut vulgo: *ejus.* — *contra ea.* Sic Dan. Gu. Sav. Gif. Ax. — Ed. Ultr.: *contra eas.* — Ed. Long. Par. 2. Mag.: *cum ea.* — Ald.: *cum eo.* — *fuisse.* Ed. Long. Par. 2. Mag.: *fuisset.*

Pelopidas.

Cap. I.

§. 1. *historicis.* Sic Dan. Gu. Mendos. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax.: *historicus.* — Ed. Ald. Long. Lamb. al.: *historiis.* — *dubito.* Leid. 2. om. — *vereor ne.* Sic Lamb. — Omnes codd. et vett. Edd *ne* om. — Heusing. *ne* post *incipiam* posuit, ubi certe facilius excidere potuit. — *videar scribere.* Ax.: *scribere videar.* — *si tantummodo.* Ed. Ultr.: *sin tantummodo.* — *attigero.* Ax.: *attingere.* — Voss. B: *attingerem.* — *Graecarum litterarum.* Sic Dan. Gu. — Vulgo: *litterarum Graecarum.* — *lucide.* Sic Gu. et cett. Ed. Ultr. et in marg.: *Al. dilucide.* — Dan.: *dilucide.* — *potuero.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. B. — Ed. Ultr. ut vulg.: *potero.* — *cum satietati.* Sic fortasse Boecl. (v. Bos) Voss. B. Ed. Arg. — Dan. Gu. Ax. Voss. A. Ed. Ultr.: *tum satietati.*

terarum minus lucide appareat quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram quantum potuero et mede-
2 bor cum satietati tum ignorantiae lectorum. Phoebidas
A. Ch. n. 382. Lacedaemonius cum exercitum Olynthum duceret iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quae Cadmea nominatur, occupavit impulsu paucorum Thebanorum, qui adversariae factioni quo facilius resisterent Laconum rebus studebant, idque suo privato, non publico fecit consilio.
3 Quo facto eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt pecuniaque multarunt neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod susceptis inimicitiis satius ducebant eos obsideri, quam liberari. Nam post Peloponnesium bellum Athenasque devictas cum Thebanis sibi rem esse existimabant et eos esse solos, qui adversus resistere
4 auderent. Hac mente amicis suis summas potestates dederant alteriusque factionis principes partim interfecerant alios in exsilium ejecerant, in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat.

1 Cap. II. Hi omnes fere Athenas se contulerant non quo sequerentur otium, sed ut, quem ex proximo locum
2 fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur. Itaque

---

§. 2. *Phoebidas.* Dan.: *Phebidas.* — *Cadmea.* Voss. A: *Cadmei.* — Ed. Long.: *Cadmeia.* — *impulsu.* Boecl. Voss. B: *impulsum.* — *paucorum.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. A. — Ed. Ultr. ut vulgo: *perpaucorum.* — *suo privato.* Voss. B: *suae privatae.*

§. 3. *Peloponnesium.* Dan. Voss. A. Leid. 2: *Peloponensium.*

§. 4. *summas potestates.* Boecl. Ax. Voss. B: *summam potestatem.* — *alteriusque.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Leid. 2. — Ed. Ultr. cum omnibus ante Bos. Edd. *que* om. — *carebat.* Voss. A. om.

Cap. II.

§. 1. *contulerant.* Voss. A: *contulerunt.* — *non quo.* Sic Dan. Gu. Mendos. Ax. [Voss. B.?] Ed. Ultr. — Voss. A. Leid. 2. Ed. Ald. Long. Lamb. al.: *non ut.* — *quem ex proximo locum.* Sic ego corrigendum putavi. — Lamb.: *quemcunque ex proximo locum.* — Vulgo: *quemque ex pr. loc.* — *fors.* Voss. B: *sors.*

§. 2. *cum iis.* Vulgo: *cum his.* — *delegerunt.* Voss. B: *elegerunt.* — *eum quo.* Boecl. Voss. B: *cum quoque.* — Ax.: *quo die,*

cum tempus est visum rei gerendae, communiter cum iis, qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam eum, quo maximi magistratus simul consuerant epulari. Magnae 3 saepe res non ita magnis copiis sunt gestae, sed profecto numquam ab tam tenui initio tantae opes sunt profligatae. Nam duodecim adolescentuli coierunt ex his, qui exsilio erant multati, cum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo. Quo paucitate percussa est Lacedaemoniorum potentia. Hi enim non 4 magis adversariorum factioni, quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt, qui principes erant totius Graeciae, quorum imperii majestas neque ita multo post Leuctrica pugna ab hoc initio percussa concidit. Illi igitur duode- 5 cim, quorum dux erat Pelopidas, cum Athenis interdiu exissent, ut vesperascente caelo Thebas possent pervenire, cum canibus venaticis exierunt retia ferentes ve-

---

sine *eum*. — *maximi magistratus*. Sic Dan. Gu. Sav. Mendos. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. et omnes vett. Edd. — Ed. Boecl. *maximi* om. — Leid. 2: *maximus magistratus*. — *simul*. Ax. om. — Boecl.: *similiter*. — *consuerant*. Sic Dan. Gu. Leid. 2. — Voss. A: *consuerat*. — Vulgo: *consueverant*.

§. 3. *saepe*. Leid. 2: *spe*. — *ab tam tenui*. Dan. Gu. Ax. Voss. B: *tam ab tenui*. — *percussa est*. Sic Dan. Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. et fortasse omnes codd. Ed. Ultr. et omnes ante Bos. ed. — Lamb. in aliis, quos tamen non nominavit, *perculsa est* esse scribit.

§. 4. *Hi*. Gu.: *Hii*. — *Spartanis*. Voss. B: *spartani*. — *imperii majestas*. Sic Dan. Gu. Leid. 1. Sav. Mendos. Boecl. Ax. Voss. A. B. — Ed. Ultr. Par. Long. al.: *imperio majestas*, unde Lamb. *imperiosa majestas* fecit. — *Leuctrica pugna*. Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Sav. Mendos. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ald. Long. Lamb. al.: *Leuctricam pugnam*. — *perculsa concidit*. Sic Dan. Gu. Mendos Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. et al. vett. — Ax. Voss. B: *percussa*. — *concidit*. Sic Dan. Gu. Mendos. Ax. Sav. Boecl. — Ed. Ultr. Ald. Long. Lamb. al.: *cecidit*.

§. 5. *dux erat*. Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *erat dux*. — *Charonis*. Gu. Ax. Voss. A. B: *Caronis*. — *devenerunt*. Sic Gu. Ax. codd. Stav. Edd. vett. — Lamb.: *deverterunt*.

stitu agresti, quo minore suspicione facerent iter. Qui cum tempore ipso quo studuerant pervenissent, domum Charonis devenerunt, a quo et tempus et dies erat datus.

1 Cap. III. Hoc loco libet interponere, etsi sejunctum ab re proposita est, nimia fiducia quantae calamitati soleat esse. Nam magistratuum Thebanorum statim ad aures pervenit exsules in urbem venisse. Id illi vino epulisque dediti usque eo despexerunt, ut ne quaerere qui-
2 dem de tanta re laborarint. Accessit etiam quod magis aperiret eorum dementiam. Allata est enim epistola Athenis ab Archia uni ex his Archiae, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat, in qua omnia de profectione exsulum perscripta erant. Quae cum jam accubanti in convivio esset data, sicut erat signata, sub pulvinum subjiciens: *in crastinum*, inquit, *differo res*

Cap. III.

§. 1. *ab re.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Par. Ald. Long. Lamb. al.: *a re.* — *proposita.* Sic Dan. Ultr. Lamb. — Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ald. Long. al.: *posita.* — *est.* Boecl. Ax. om. — *quantae calamitati.* Boecl.: *quanta calliditate.* — Ax.: *quanta calamitate caliditate.* [Utrumque est a manu prima eademque verbo *calamitate* puncta supposuisse videtur, quod Heusing. a sec. manu factum esse putavit.] — Gu.: *quantae calliditati.* — *venisse.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *devenisse.* — *usque eo.* Gu. Ax. *eo* om.

§. 2. *ab Archia uni ex his, Archiae.* Gu. Dan. Ax. Boecl. Mendos.: *ab Archino uno ex his Archiae.* — Voss. B: *ab Archino hierophante uno ex his.* — Voss. A: *ab Archino uno Hexhisarchiae;* vid. tamen Heusing. — Leid. 2: *ab Archino uno Thisarchiae.* — Ed. Ultr. al.: *ab Archino uno Tysarchiae.* — Ed. Ald.: *ab Archia hierophante Archiae.* — Ed. Heus.: *ab Archia hierophante uni ex his, Archiae.* — *maximum magistratum.* Leid. 1. *maximum* om. — *exsulum.* Sic Gu. codd. Staver. — Dan.: *eorum* et supra scriptum *exsulum.* — *perscripta.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Cett. Edd. ante Boecl.: *scripta.* — *cum jam.* Boecl. Ax. Voss. B. *jam* om. — Leid. 2: *cuidam.* — Dan.: *cum jam occubanti.* — *signata.* Sic omnes omnino codd. et vett. Edd. — Buchner. conj.: *signatam.* — *sub pulvinum.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. Lamb. al.: *in pulvinum.* — *res seve-*

severas. At illi omnes, cum jam nox processisset, vino- 3
lenti ab exsulibus duce Pelopida sunt interfecti. Quibus rebus confectis vulgo ad arma libertatemque vocato non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedaemoniorum ex arce pe- A. Ch. n. 380.
pulerunt, patriam obsidione liberarunt, auctores Cadmeae occupandae partim occiderunt partim in exsilium ejecerunt.

Cap. IV. Hoc tam turbido tempore, sicut supra do- 1
cuimus, Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit. Itaque haec liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidae, ceterae fere omnes communes cum Epaminonda. Namque Leuctrica pugna impe- 2
ratore Epaminonda hic fuit dux delectae manus, quae A. Ch. n. 371.
prima phalangem prostravit Laconum. Omnibus praeterea periculis adfuit, sicut Spartam cum oppugnavit, al- 3
terum tenuit cornu quoque Messene celerius restitueretur legatus in Persas est profectus. Denique haec fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda; ita ut proxima esset Epaminondae.

---

ras. Sic omnes Codd. et Edd. — Staver. ex Schott. conj.: *res serias.*

§. 3. *nox processisset.* Boecl. Ax. Voss. B: *non processissent.* — *vinolenti.* Ernst.: *vino pleni.* — *duce Pelopida.* Ax. om. — *liberarunt.* Sic Gu. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. cum omnibus ante Boecl. — Ax. ut vulgo: *liberaverunt.* — *partim in exsilium.* Ms. Mag.: *alios in exsilium.* — Bav. *in* om.

Cap. IV.

§. 1. *docuimus.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. Keuch.: *diximus.* — *Epaminondas.* Leid. 2: *Epaminundas.* — *cum civibus.* Voss. A. *cum* om. — *fere.* Ax. Voss. B: *ferme.* — Gu. Leid. 2. *omnes* om. — Ax. *communes* om.

§. 2. *Leuctrica pugna.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *in Leuctrica pugna* scripsit.

§. 3. *quoque Messena.* Sic Ed. Ultr. et omnes ante Stav. — Dan. Gu. Voss. A: *quoque Essena.* — Ax. Voss. B: *quo Messena.* — Leid. 2: *essent.*

1 Cap. V. Conflictatus autem est cum adversa fortuna. Nam et initio, sicut ostendimus, exsul patria caruit et cum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere legationisque jure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset, a tyranno Alexandro Pheraeo simul cum Ismenia compre-
2 hensus in vincula conjectus est. Hunc Epaminondas re-
A. Ch. n. 368. cuperavit bello persequens Alexandrum. Post id factum
A. Ch. n. 367. numquam animo placari potuit in eum, a quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliae
3 proficiscerentur tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli cum ei summa esset data eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simul ac conspexit hostem, confli-
4 gere. In quo proelio Alexandrum ut animadvertit, incensus ira equum in eum concitavit proculque digressus a
A. Ch. n. 364. suis conjectu telorum confossus cecidit. Atque hoc secunda victoria accidit; nam jam inclinatae erant tyranno-
5 rum copiae. Quo facto omnes Thessaliae civitates inter-

Cap. V.

§. 1. *tectum.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. al. — Ed. Long. Mag.: *tutum.* — *apud omnes gentes sanctum esse consuesset.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. — Boecl. Voss. B: *apud eos gentes factum esse consuesset.* — Ax. quoque *factum* habet cum Ed. Long. Mag. al. — *simul cum Ismenia.* Boecl.: *similiter cum hismenia.* — Leid. 2: *simul cum ii sine via.* — *vincula.* Ax. Voss. A: *vincla.*

§. 2. *nunquam animo.* Sic Dan. Gu. — Boecl. Ax. Voss. B: *nunquam se animo.* — Vulgo: *nunquam is animo.*

§. 3. *cum ei summa.* Ed. Lamb.: *summa cum ei.* — *confligere.* Leid. 2: *conflingere.*

§. 4. *digressus.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Ax. Voss. A. B. et omnes ante Lamb. edit., qui *degressus* scripsit. — Voss. B: *confosus.* — *concidit.* Sic Dan. Leid. 1. 2. Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Long. Mag. Lamb. al.: *cecidit.* — *Atque hoc.* Boecl. Ax. Voss. B: *atque haec.*

§. 5. *aeneis.* Boecl. Voss. B. om., Ax. tamen habet. — *multo.* Boecl. Voss. B. Ax. om. — *donarunt.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Long. Mag. al.: *donaverunt.* — Ed. Ultr. *auro* pro *agro* habet.

fectum Pelopidam coronis aureis et statuis aeneis liberosque ejus multo agro donarunt.

XVII. AGESILAUS.

Argumentum.

Cap. I. *Cum fratris filio de honore regni contendit.* II. *Pactas cum Tissapherne inducias religiose servat.* III. *Phrygiam depopulatur. Ephesi hiemat et militem exercet. Alio se iturum simulat, semper in Asia victor.* IV. *Domum revocatur. Boeotios vincit iisque parcit.* V. *Bello circa Corinthum victor miseratur caedem Graecorum.* VI. *Ad pugnam Leuctricam ire recusat. Spartam servat singulari commento.* VII. *Patriam sublevat pecunia.* VIII. *Ejus corporis et vitae ratio. In portu Menelai morbo decedit.*

Cap. I. *Agesilaus* Lacedaemonius cum a ceteris 1
scriptoribus, tum eximie a Xenophoute Socratico collaudatus est. Eo enim usus est familiarissime. Hic primum 2
de regno cum Leotychide fratris filio habuit contentionem. Mos est enim a majoribus Lacedaemoniis traditus, ut duos haberent semper reges nomine magis, quam imperio ex duabus familiis Procli et Eurysthenis, qui principes ex progenie Herculis Spartae reges fuerunt. Ho- 3
rum ex altera in alterius familiae locum fieri non licebat.

Agesilaus.

Cap. I.

§. 1. *Socratico.* Voss. A. B: *Sacratico.*

§. 2. *Leotychide.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. Lamb. — Ax.: *Leothichide.* — Leid. 2: *Leontychide.* — Edd. vett.: *Leutychide.* — *Procli.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. [*Precli*] Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *Proclis* dedit. — *Eurysthenis.* Boecl. Ax. Voss. A: *Eristhenis.* — Gu.: *Eristenis.* — Leid. 2: *Erysthenis.*

§. 3. *Horum.* Sic omnes Codd. et vett. Edd. — Lamb.: *Harum.* — *Ita.* Sic Gu. Voss. A. Ed. Ultr. — Leid. 1. Ax. ut vulgo: *Itaque.* — *utraque.* Sic Leid. 1. Boecl. Ed. Ultr. — Gu. Ax. Ed. Ald. Long. Lamb. al.: *uterque.* — *ratio habebatur.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Long. al.: *ideo habebatur.* — Ed. Ald. Lamb.: *primus in eo habebatur.* — *tum deligeba-*

Ita utraque suum retinebat ordinem. Primum ratio habebatur qui maximus natu esset ex liberis ejus, qui regnans decessisset. Sin is virilem sexum non reliquisset,
4 tum deligebatur qui proximus esset propinquitate. Mortuus erat Agis rex frater Agesilai: filium reliquerat Leotychidem, quem ille natum non agnorat, eumdem moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao patruo suo, contendit neque id, quod petivit, consecutus
5 est. Nam Lysandro suffragante homine, ut ostendimus supra, factioso et iis temporibus potente Agesilaus antelatus est.

1 Cap. II. Hic simul atque imperii potitus est, persuasit Lacedaemoniis, ut exercitus emitterent in Asiam bellumque Regi facerent, docens satius esse in Asia quam

---

tur. Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. Ed. Par. 1. Long. Ultr. — Voss. B: *dilligebatur.* — Lamb.: *tum dilegebatur.* — Ed. Boecl. Bos.: *tunc eligebatur.*

§. 4. *Agis.* Dan. Gu.: *Hagis.* — *Leotychidem.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. Lamb. — Ax.: *Leothichiden.* — Voss. A. Leid. 2: *Leontychidem.* — Ald.: *Leontychiden.* — Edd. cett.: *Leutychidem.* — *natum.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. 2. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. Long. — Ms. et Ed. Mag.: *vivens.* — Ed. Ald. Lamb.: *vivus.* — *dixerat.* Boecl. Ax. Voss. B: *duxerat.* — *Agesilao.* Gu.: *Hagesilao.* — *patruo suo.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *suo patruo.* — *consecutus est.* Voss. A. *est* om.

§. 5. *suffragante homine.* Ax.: *homine suffragante.* — Voss. B: *homine suffragante homine.* — *his temporibus.* Voss. A. Ed. Ultr.: *iis temporibus.*

Cap. II.

§. 1. *simulatque.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. Lamb. — Ed. Ald. Long. al.: *simulac.* — *imperii.* Sic Dan. Gu. Ed. Ultr. Ald. Lamb. — Boecl. Ax. Ed. Long.: *imperio.* — *exercitus.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *exercitum.* — *dimicari.* Sic Dan. Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. Mag. Lamb. al.: *dimicare.* — *fama exierat.* Mendos. Ed. Ultr.: *fama erat.* — Ald.: *famam exire.* — *classes pedestresque exercitus.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Boecl.: *classis pedestrisque exerc.* — Voss. A: *classis pedestresque exerc.* — Leid. 2: *classem pedestrisque exerc.* — Lamb.: *classem pedestreisque exerc.* — Cett. Edd. ante Bos.: *classem pedestresque exerc.*

in Europa dimicari. Namque fama exierat Artaxerxem A. Ch. n. 396.
comparare classem pedestresque exercitus, quos in Graeciam mitteret. Data potestate tanta celeritate usus est, 2
ut prius in Asiam cum copiis pervenerit, quam regii satrapae eum scirent profectum. Quo factum est, ut omnes
imparatos imprudentesque offenderet. Id ut cognovit 3
Tissaphernes, qui summum imperium tum inter praefectos habebat regios, inducias a Lacone petivit simulans se dare operam, ut Lacedaemoniis cum Rege conveniret, re autem vera ad copias comparandas, easque impetra-
vit trimestris. Juravit autem uterque se sine dolo indu- 4
cias conservaturum. In qua pactione summa fide mansit Agesilaus: contra ea Tissaphernes nihil aliud quam bel-
lum comparavit. Id etsi sentiebat Laco, tamen jus ju- 5
randum servabat multumque in eo se consequi dicebat, quod Tissaphernes perjurio suo et homines suis rebus abalienaret et deos sibi iratos redderet: se autem conservata religione confirmare exercitum, cum animadverteret deorum numen facere secum hominesque sibi con-

---

§. 2. *cum copiis.* Ax. om. — *pervenerit.* Sic Dan. Gu. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Ax. Boecl. Voss. B: *perveniret.* — *omnes imparatos.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Cett. Edd. ante Boecl.: *omnes imperatores imparatos.*

§. 3. *Lacedaemoniis etc.* Voss. A. Leid. 2: *Lacedaemonii.... convenirent.* — *trimestris.* Sic Dan. [*trimenstris*] Voss. A. Leid. 2. Ed. Par. Long. — Vulgo: *trimestres.*

§. 4. *contra ea.* Ed. Ultr. *ea* om.

§. 5. *Laco.* Voss. B: *loco.* — *se consequi.* Sic Dan. Gu. — Ax. Ed. Ultr. Par. Long. Mag. al.: *consequi se.* — *conservata.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Voss. A: *confirmata,* et in marg.: *al. conservata.* — Vulgo: *servata.* — *cum animadverteret.* Ax. Voss. B. om. — *deorum numen.* Boecl. Voss. B: *unius nomen.* — Ax.: *unius numen.* — *hominesque.* Ax. *que* om. — *conciliare.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. A. [in quo tamen supra script.: *conciliari*]. Voss. B. — Leid. 2. Ed. Long. Ultr. et cett. Edd. ut vulgo: *conciliari.* — *amiciores.* Gu.: *amicitioris.* — Ax.: *amicitiores.* — *iis.* Sic Ed. Mag. — Ax. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. ut vulgo: *his.* — *consuessent.* Ax.: *consuevissent.* — *conservare.* Voss. B: *confirmare.*

ciliare amiciores, quod iis studere consuessent, quos conservare fidem viderent.

1 Cap. III. Postquam induciarum praeteriit dies, barbarus non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia in Caria et ea regio iis temporibus multo putabatur locupletissima, eo potissimum hostis impetum facturos,
2 omnis suas copias eo contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam se convertit eamque prius depopulatus est quam Tissaphernes usquam se moveret. Magna praeda militibus locupletatis Ephesum hiematum exercitum reduxit atque ibi officinis armorum institutis magna industria bellum apparavit. Et quo studiosius armarentur insigniusque ornarentur praemia proposuit, quibus donarentur,
3 quorum egregia in ea re fuisset industria. Fecit idem in exercitationum generibus, ut, qui ceteris praestitissent, eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut et ornatissimum et exercitatissimum haberet exercitum.
4 Huic cum tempus esset visum copias extrahere ex hibernaculis, vidit, si quo esset iter facturus palam pronuntiasset, hostes non credituros aliasque regiones praesidiis occupaturos neque dubitaturos aliud esse facturum ac
5 pronuntiasset. Itaque, cum ille Sardis iturum se dixisset,

Cap. III.

§. 1. *his temporibus.* Voss. A. Ed. Ultr.: *iis.* — *hostis.... omnis.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *hostes.... omnes.*

§. 2. *apparavit.* Sic Gu. Mendos. Sav. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax.: *apparuit.* — Ed. Par. Ald. Long. Mag. Lamb. al.: *paravit.* — *insigniusque.* Boecl. Ax. Voss. B. *que* om. — Dan.: *insignibusque.* — Gu.: *insignius* et litterae *u* superscriptum est *b.* — *egregia.* Voss. B: *egrecia.*

§. 3. *eos magnis.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Boecl. Voss. B: *eos magis.* — Leid. 2: *haberet exercitum et exercitatissimum.*

§. 4. *hostes.* Ax. Voss. B: *hostis.* — *aliasque.* Ed. Ultr. *que* om. — *praesidiis.* Sic Dan. Leid. 1. — Gu. Ax. et Ed. Ald. Long. Lamb. al. om. — Ed. Ultr.: *praesidio.* — *neque dubitaturos.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *nec dubit.* — *aliud esse facturum.* Ax.: *eum aliud esse facturum.* — Ed. Ultr.: *aliud eum facturum.*

§. 5. *Sardis.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Vulgo: *Sardes.* — *iturum se.* Sic Dan. Gu. Ax. — Ed. Ultr. et

Tissaphernes eamdem Cariam defendendam putavit. In
quo cum eum opinio fefellisset victumque se vidisset
consilio, sero suis praesidio profectus est. Nam cum illo
venisset, jam Agesilaus multis locis expugnatis magna
erat praeda potitus. Laco autem cum videret hostes 6
equitatu superare, numquam in campo sui fecit potesta-
tem et iis locis manum conseruit, quibus plus pedestres
copiae valerent. Pepulit ergo, quotiescumque congressus
est, multo majores adversariorum copias et sic in Asia
versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.

Cap. IV. Hic cum jam animo meditaretur, proficisci 1
in Persas et ipsum Regem adoriri, nuntius ei domo venit
ephororum missu, bellum Athenienses et Boeotios indi-
xisse Lacedaemoniis: quare venire ne dubitaret. In hoc 2
non minus ejus pietas suspicienda est, quam virtus bel-
lica, qui cum victori praeesset exercitui maximamque
haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modestia
dicto audiens fuit jussis absentium magistratuum, ut si
privatus in comitio esset Spartae. Cujus exemplum uti-
nam imperatores nostri sequi voluissent! Sed illuc re- 3

---

omnes ante Bos. ed.: ***se iturum.*** **—** ***in quo.*** **Voss. A:** ***in eo.*** **—** ***magna erat.*** **Voss. B:** ***magni erat.***

§. 6. ***hostes.*** **Voss. B:** ***hostis.*** **—** ***iis locis.*** **Sic Voss. A. Ed. Ultr. — Vulgo:** ***his locis.*** **—** ***quotiescumque.*** **Ax. Voss. A. B:** ***quotienscunque.*** **—** ***majores.*** **Gu.:** ***majoris.***

Cap. IV.

§. 1. ***jam animo.*** **Sic Dan. Ed. Ultr. — Gu. Ax. al. et Edd. ante Bos.** ***jam*** **om. —** ***ephororum.*** **Sic Dan. Gu. Voss. A. B. Leid. 2. [*****pro ephororum*****]. Ed. Ultr. al. — Ax. ut vulgo:** ***ephorum.*** **—** ***missu.*** **Sic Ax. et in marg. Dan. et Ed. Ultr.; nec aliter legit Gu., in quo tamen litteris** ***mi*** **supra scriptum erat:** ***l. iu.*** **— Voss. A. B. Ed. Ald. Long. Mag. Lamb. al.:** ***jussu.*** **— Leid. 2:** ***jussit.*** **—** ***bellum Athenienses etc.*** **Ax. Voss. B:** ***Athenienses et Boeotios bellum indixisse Lacedaemoniis.*** **— Voss. A:** ***Boetos.*** **—** ***ne dubitaret.*** **Sic Gu. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax. ut omnes ante Heusing.:** ***non dubitaret.***

§. 2. ***ejus pietas.*** **Sic Gu. Ed. Ultr. et omnes vett. Edd. — Boecl. Ax.** ***ejus*** **om. — Mendos.:** ***suscipienda.*** **—** ***absentium.*** **Boecl. Voss. B:** ***hētium,*** **et in marg.:** ***hēsentium.***

deamus. Agesilaus opulentissimo regno praeposuit bonam existimationem multoque gloriosius duxit, si institutis
4 patriae paruisset, quam si bello superasset Asiam. Hac
A. Ch. n. 395. igitur mente Hellespontum copias trajecit tantaque usus est celeritate, ut quod iter Xerxes anno vertente con-
5 fecerat, hic transierit triginta diebus. Cum jam haud ita longe abesset a Peloponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses et Boeotii ceterique eorum socii apud Co-
6 roneam, quos omnes gravi proelio vicit. Hujus victoriae vel maxima fuit laus, quod, cum plerique ex fuga se in templum Minervae conjecissent quaereturque ab eo quid his vellet fieri, etsi aliquot vulnera acceperat eo proelio et iratus videbatur omnibus, qui adversus arma tulerant, tamen antetulit irae religionem et eos vetuit
7 violari. Neque vero hoc solum in Graecia fecit, ut templa deorum sancta haberet, sed etiam apud barbaros summa religione omnia simulacra arasque conservavit.
8 Itaque praedicabat mirari se non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus eorum nocuissent, aut non gravioribus poenis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana spoliarent.

1 Cap. V. Post hoc proelium collatum omne bellum est circa Corinthum ideoque *Corinthium* est appellatum.

---

§. 4. *tantaque usus est celeritate.* Ax.: *tantaque celeritate usus est.*

§. 5. *Cum jam haud ita longe.* Sic Dan. Gu. Leid. 1. Boecl. Ed. Ultr. — Ax.: *cum jam haud longe.* — Voss. B: *cum ita aut longe.* — Voss. A. B: *Boetii.*

§. 6. *conjecissent.* Ax.: *conjecisset.* — *vellet fieri.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. — Vulg.: *fieri vellet.*

§. 7. *Neque vero.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. — Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. *vero* om. — *conservavit.* Sic Dan. Ed. Ultr. — Ax.: *conservarit.* — Gu. Ed. Long. *consecravit.*

§. 8. *eorum.* Sic omnes codd. et Edd.; Magius conj.: *deorum;* non male. — Ax.: *minueret... spoliaret.*

Cap. V.

§. 1. *collatum omne bellum est.* Sic Gu. Ax. — Edd. vulgg.: *collatum est omne bellum.* — *Corinthium.* Sic Parr. Ald. Ult. Mag. Lamb. — Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2: *Corinthum.*

Hic cum una pugna decem millia hostium Agesilao duce 2
cecidissent eoque facto opes adversariorum debilitatae A. Ch. n. 391.
viderentur, tantum abfuit ab insolentia gloriae, ut commiseratus sit fortunam Graeciae, quod tam multi a se victi vitio adversariorum concidissent: namque illa multitudine, si sana mens esset Graeciae, supplicium Persas dare potuisse. Idem cum adversarios intra moenia compulisset 3
et ut Corinthum oppugnaret multi hortarentur, negavit id suae virtuti convenire. Se enim eum esse dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas expugnaret Graeciae. Nam si, inquit, eos ex- 4
stinguere voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt, nosmet ipsi nos expugnaverimus illis quiescentibus; quo facto sine negotio cum voluerint nos opprimen.

Cap. VI. Interim accidit illa calamitas apud Leuctra 1
Lacedaemoniis, quo ne proficisceretur, cum a plerisque A. Ch. n. 371.
ad exeundum premeretur, ut si de exitu divinaret, exire noluit. Idem cum Epaminondas Spartam oppugnaret essetque sine muris oppidum, talem se imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse. In quo quidem discrimine 2
celeritas ejus consilii saluti fuit universis. Nam cum quidam adolescentuli hostium adventu perterriti ad Theba-

---

§. 2. *una.* Voss. A. om. — *cecidissent.* Leid. 2: *reciderunt.* — *abfuit.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *afuit* scripsit. — *potuisse.* Sic Dan. Gu. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Long.: *potuisset.*

§. 3. *eum esse.* Boecl. Ax. Voss. B. *esse* om. — *peccantes.* Ax.: *pecoantis.*

§. 4. *eos exstinguere.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. al. — Ed. Gebh. Keuch. *eos* om. — *steterunt.* Boecl. Ax. Voss. B: *steterint.* — *expugnaverimus.* Leid. 2: *expugnamus.*

Cap. VI.

§. 1. *Leuctra.* Gu. Voss. A. B. Leid. 2: *Leutram.* — *de exitu.* Boecl.: *de exercitu.* — *divinaret.* Ed. Ultr.: *dimicaret.* — *futuram non fuisse.* Ernst.: *futuram non esse.*

nos transfugere vellent et locum extra urbem editum ce-
pissent, Agesilaus, qui perniciosissimum fore videret, si
animadversum esset quemquam ad hostes transfugere
conari, cum suis eo venit atque, ut si bono animo fecis-
sent, laudavit consilium eorum, quod eum locum occu-
3 passent, et se id quoque fieri debere animadvertisse. Sic
adolescentulos simulata laudatione recuperavit et adjun-
ctis de suis comitibus locum tutum reliquit. Namque illi
aucto numero eorum qui expertes erant consilii, commo-
vere se non sunt ausi eoque libentius, quod latere arbi-
trabantur, quae cogitaverant.

1 Cap. VII. Sine dubio post Leuctricam pugnam Lace-
daemonii se numquam refecerunt neque pristinum impe-
rium recuperarunt, cum interim Agesilaus non destitit
2 quibuscumque rebus posset patriam juvare. Nam cum
praecipue Lacedaemonii indigerent pecunia, ille omnibus,
qui a Rege defecerant, praesidio fuit, a quibus magna
3 donatus pecunia patriam sublevavit. Atque in hoc illud
in primis fuit admirabile. Cum maxima munera ei ab

---

§. 2. *et locum.* Boecl. Ax. Voss. B: *et eum locum.* — *eo venit.* Ms. Mag. Ed. pr. Parr. Ald.: *convenit.*

§. 3. *adolescentulos.* Gu.: *adulescentulis.* — Ed. Ultr.: *adulescenteis.* Auctor scripsit: *adulescentis.* — *cogitaverant.* Sic Gu. Ax. Voss. A. (?) — Voss. B. (?): *cogitarant* sine *quae.* — Vulgo: *cogitarant.*

Cap. VII.

§. 1. *sine dubio.* Ax.: *si non dubio.* — *Leuctricam.* Ax. Voss. B: *Leutricam.* — *cum interim etc.* Ed. Ultr.: *cum interim nunquam Agesilaus destitit.* — Gu.: *cum interim Hagesilaus destitit,* particula *non* om.

§. 2. *praesidio fuit.* Ax. *fuit* om.

§. 3. *admirabile.* Voss. B: *amirabile.* — Voss. A: *conferentur.* — *regibus ac dynastis.* Sic scripsi auctoritate Ax. qui *ac dinastis,* et Gu. qui *regibus acclynastis* habet. — Vulgo: *regibus et dynastis.* — *quod.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. (Voss. B.?). — Ed. Ald. Long. Lamb. al. *quod* om. — *nihil unquam.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Edd. vett. — Boecl. Voss. B: *nihil nunquam.* — *domum.* Sic Gu. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. Lamb. al.: *in domum.* — *nihil de victu etc.* Leid. 1: *nihil unquam de victu, nihil unquam de vestitu.*

regibus ac dynastis civitatibusque conferrentur, nihil umquam domum suam contulit, nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit. Domo eadem fuit contentus, qua 4
Eurysthenes progenitor majorum suorum fuerat usus; quam qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriae videre poterat, contra ea plurima patientiae atque abstinentiae. Sic enim erat instructa, ut in nulla re differret cujusvis inopis atque privati.

Cap. VIII. Atque hic tantus vir ut naturam fautricem 1
habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore [fingendo. Nam et statura fuit humili et corpore exiguo et claudus altero pede.]. Quae res etiam nonnullam afferebat deformitatem, atque ignoti faciem ejus cum intuerentur contemnebant; qui autem virtutes noverant, non poterant admirari satis. Quod ei 2

---

§. 4. *Eurysthenes.* Ax.: *Eristhenes.* — Leid. 2. Voss. B: *Erysthenes.* — Voss. A: *Heristenes.* — *intrarat.* Ax.: *intravit.* — *contra ea.* Sic Gu. Sav. Gif. Put. Ax. Leid. 2. Ed. pr. Long. — Ed. Ultr. al.: *contra,* — *Sic enim erat.* Sic Ed. Ultr. — Codd. et Edd. ante Lamb. *erat* om. — *instructa.* Sic Gu. Ax. [Voss. A. Leid. 2.?] Ed. Ultr. — Boecl. Voss. B: *structa.* — *in nulla re.* Sic Gu. Ax. — Leid. 2. Voss. A: *in re nulla.* — Voss. B. ut vulgo: *nulla in re.* — *differret cujusvis inopis atque privati.* Sic Gu. Voss. A. B. Ed. pr. Arg. utraq. Par. Ald. Ultr. Long. — Boecl. Ax.: *differret cuivis inopis atque privati.* — Leid. 2. Ed. Mag. Lamb. Steph. al.: *differret a cujusvis inopis atque privati.*

Cap. VIII.

§. 1. *nactus est.* Leid. 2. Voss. A: *habuit.* — *in corpore fingendo etc.* Leid. 1: *in corpore ejus fingendo, nam et statura fuit humili et corpore exiguo et claudus altero pede.* — Ed. Ultr.: *in corpore fingendo. Nam et statura fuit humili et corpore exiguo. Qui autem virtutes noverant.* Hinc Bosius receptam lectionem fecit. — At Dan. Gu. Ax. Boecl. Mendos. Sav. Voss. A. B. Ed. pr. utraq. Par. Long.: *nactus est in corpore exiguo et claudus altero pede.* — Ed. Ald. Lamb.: *nactus est in corpore, exiguus et claudus altero pede.* — Ed. Ultr. in Erratis verba: *et claudus.... contemnebant* supplet. — *contemnebant.* Leid. 2: *contemnabant.* — *virtutes.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Par. Long. Mag. Lamb.: *virtutem.*

§. 2. *octoginta.* Leid. 2: *octuaginta.* — Boecl. Ax. Voss. B:

usu venit, cum annorum octoginta subsidio Tacho in Ae-
gyptum isset et in acta cum suis accubuisset sine ullo
tecto stratumque haberet tale, ut terra tecta esset stra-
mentis neque huc amplius quam pellis esset injecta
eodemque comites omnes accubuissent vestitu humili at-
que obsoleto, ut eorum ornatus non modo in his regem
neminem significaret, sed hominis non beatissimi suspi-
3 cionem praeberet. Hujus de adventu fama cum ad re-
gios esset perlata, celeriter munera eo cujusque generis
sunt allata. His quaerentibus Agesilaum vix fides facta
4 est unum esse ex his, qui tum accubabant. Qui cum
regis verbis quae attulerant dedissent, ille praeter vitu-
linam et ejusmodi genera opsonii, quae praesens tempus
desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas secundam-
5 que mensam servis dispertiit; cetera referri jussit. Quo
facto eum barbari magis etiam contemserunt, quod eum
ignorantia bonarum rerum illa potissimum sumsisse arbi-
6 trabantur. Hic cum ex Aegypto reverteretur donatus a
rege Nectanabide ducentis viginti talentis, quae ille mu-
A. Ch. n. 362. neri populo suo daret, venissetque in portum, qui Mene-

---

septuaginta. — *Tacho.* Sic Gu. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ax.: *Thaco.* — Leid. 2: *Taco.* — *isset.* Sic Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. pr. Arg. Long. — Gu. Ed. Ultr.: *iisset.* — Vulgo: *ivisset.* — *acta.* Leid. 2: *astha.* — *obsoleto.* Ax. Voss. B: *absoleto.* — *hominis non beatissimi.* Sic Ed. Ultr. et in marg.: *Al. homines non beatissimos.* — Boecl. Gu. Ax. Mendos. Voss. B: *homines non beatissimos.* — Voss. A: *homines non beatissimi*, et supra script.: *hominis.*

§. 3. *munera.* Ax. om. — *qui tum.* Voss. A: *qui cum.*

§. 4. *vitulinam.* Sic Gu. — Vulgo: *vitulina.* — *ejusmodi.* Sic Gu. Boecl. Ax. — Vulgo: *hujusmodi.* — *coronas.* Voss. B: *cerenos;* sed in marg.: *coronas.* — *cetera.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Utraq. Par. Ald. Lamb.: *ceteraque.*

§. 5. *magis etiam.* Leid. 2. *etiam* om. — Ax. Voss. B: *etiam magis.*

§. 6. *Nectanabide.* Sic Ed. Ultr. — Gu. Ax.: *Notonabide.* — Boecl. Voss. B: *Onabide.* — Leid. 2: *Natonabile.* — Voss. A: *Nabide.* — Ed. pr. Ald.: *Nathabide.* — Mag. Lamb.: *Nectanabe.* — *ducentis viginti.* Ed. Ultr.: *ducentis triginta.* — *implicitus.* Sic Gu. Ax. et fortasse omnes codd. et Ed. Ultr. — Solus Lamb. ded.: *implicatus.*

lai vocatur jacens inter Cyrenas et Aegyptum, in morbum implicitus decessit. Ibi eum amici, quo Spartam facilius 7
perferre possent, quod mel non habebant, cera circumfuderunt atque ita domum retulerunt.

XVIII. EUMENES.

Argumentum.

Cap. I. *Ejus officia apud reges Macedonum.* **II.** *Cappadociam sortitur provinciam. Carus Perdiccae est et fidus.* **III.** *A Perdicca oppositus Europaeis adversariis deviis itineribus milites suos fallit, ut contra quos ducerentur rescisceren non possent.* **IV.** *Vincit Craterum et Neoptolemum.* **V.** *Absens capitis damnatur. Obsessus in castello Nora callide se suosque liberat.* **VI.** *Olympiadi liberisque Alexandri bene consulit.* **VII.** *Bellum parat adversus Antigonum nomine Alexandri.* **VIII.** *Antigoni victor cogitur a militibus, copias hiematum dividere. Antigonus in hibernaculis hostem vult aggredi.* **IX.** *Consilio callido Antigoni refrenat impetum.* **X.** *Victor Antigono victo a suis traditur.* **XI.** *Impatiens supplicium expostulat.* **XII.** *Fame fatigatus jugulatur a custodibus.* **XIII.** *Exstincto Eumene Praefecti usurpant nomen regis.*

Cap. I. *Eumenes* Cardianus. Hujus si virtuti par 1
data esset fortuna, non ille quidem major, sed multo illustrior atque etiam honoratior, quod magnos homines

---

§. 7. *Spartam.* **Voss. A:** *Sparthum.* — *perferre possent.* **Leid. 1:** *posset perferri.*

E u m e n e s.

Cap. I.

§. 1. *non ille quidem major.* **Sic Gu. Ax. Mendos. Sav. Mag. et fortasse omnes codd. et Edd. — Ed. Lamb.:** *non ille quidem major fuisset.* **— Ed. Long.:** *non ille quidem major, sed multo illustrior atque etiam honoratior, quod magnos homines evasisset, virtute metiuntur, non fortuna, prudentes.* **Ad Ed. Ultr. adscriptum est,** *haberetur* **vel quid simile desiderari. —** *metimur.* **Sic Gu. Mendos. Boecl. Ed. Ultr. — Ax.:** *metiemur.* **— Leid. 2. Ed. pr. Par. Ald. Long. Lamb.:** *metiuntur.* **—** *non fortuna.* **Sic Gu. Ed. Ultr. — Ed. Long. Mag. Lamb.:** *non fortuna prudentes.* **— Ax.** *etiam* **ante verb.** *honoratior* **om.**

2 virtute metimur, non fortuna. Nam cum aetas ejus incidisset in ea tempora, quibus Macedones florerent, multum ei detraxit inter hos viventi, quod alienae erat civitatis, neque aliud huic defuit, quam generosa stirps.
3 Etsi ille domestico summo genere erat, tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indigne ferebant, neque tamen non patiebantur. Vincebat enim omnes cura, vigi-
4 lantia, patientia, calliditate et celeritate ingenii. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi Amyntae filii brevique tempore in intimam pervenit familiaritatem.
5 Fulgebat enim jam in adolescentulo indoles virtutis. Itaque eum habuit ad manum scribae loco, quod multo apud Grajos honorificentius est, quam apud Romanos. Namque apud nos re vera sicut sunt mercenarii scribae existimantur, at apud illos contrario nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco et fide et industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse parti-
6 cipem. Hunc locum tenuit amicitiae apud Philippum annos septem. Illo interfecto eodem gradu fuit apud Ale-
7 xandrum annos tredecim. Novissimo tempore praefuit etiam alterae equitum alae, quae hetaerice appellabatur.

---

§. 2. *incidisset.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl. — Voss. A. B. Ed. Bos.: *cecidisset.* — *inter hos.* Sic Ax. et Mss. ap. Bos. — Gu. Voss. A. Ed. Ultr. Mag.: *inter eos.* — Cett. Edd. haec verba om.

§. 3. *Etsi ille.* Sic Codd. et Edd. — Lamb.: *tametsi enim ille.* — *neque tamen.* Ed. Ultr.: *Nanque tamen.*

§. 4. *Amyntae,* Voss. A: *Amynthae.*

§. 5. *honorificentius est.* Ax. *est* om. — *Namque apud nos.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *Nam apud nos.* — *contrario.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Ed. Ultr. et cett. — Leid. 2. Ed. Lamb.: *e contrario.* — *eum esse.* Ax.: *esse eum.*

§. 6. *eodem gradu.* In ora Ms. Ernst.: *eodem gradu dignitatis.* — *tredecim.* Voss. A. B: *tresdecim.*

§. 7. *alterae.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. B. Mendos. Gif. Leid. 2. Thott. — Ed. Ultr. et omnes ante Bos.: *alteri.* — *hetaerice.* Sic Mag. Lamb. — Gu. Ed. Ultr.: *Heterice.* — Ax. Voss. B. Leid. 2: *Etherice.* — *in consilio.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Cett. vett. *in* om. — Lamb.: *et in consilio.* — *particeps.* Leid. 2: *participes.*

Utrique autem in consilio semper adfuit et omnium re-
rum habitus est particeps.

Cap. II. Alexandro Babylone mortuo cum regna sin- 1
gulis familiaribus dispertirentur et summa rerum tradita A. Ch. n. 324.
esset tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum suum
dederat, Perdiccae, ex quo omnes conjecerant eum re-
gnum ei commisisse, quoad liberi ejus in suam tutelam
pervenissent: (aberant enim Crateros et Antipater, qui
antecedere hunc videbantur; mortuus erat Hephaestio,
quem unum Alexander, quod facile intelligi posset, plu-
rimi fecerat) hoc tempore data est Eumeni Cappadocia
sive potius dicta. Nam tum in hostium erat potestate.
Hunc sibi Perdiccas adjunxerat magno studio, quod in 2
homine fidem et industriam magnam videbat non dubi-
tans, si eum pellexisset, magno usui fore sibi in his re-
bus, quas apparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes
in magnis imperiis concupiscunt, omnium partes corripere
atque complecti. Neque vero hoc ille solus fecit, sed 3

Cap. II.

§. 1. *dispertirentur.* Sic Ed. Ultr. — Gu. Ax.: *disptirentur* [p lineola *transfisxa*, quod compendium et *par* et *per* significat]. — Leid. 2: *disparterentur.* — *annulum.* Voss. B: *anulum.* — *conjecerant.* Ed. Mag. Steph.: *conjecerunt.* — *commisisse.* Sic Gu. Ax., qui tamen *quoad* post *ei* habet. — Leid. 1. Mendos. Sav. Voss. A: *commisisse vel commendasse.* — Ed. Ultr.: *commendasse,* et in marg.: *al. commisisse.* — *quoad.* Voss. B: *quod ad.* — *in suam tutelam.* Ed. Ald. Par. 1. Junt.: *extra suam tutelam.* — *aberant.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Ox.: *aberat.* — *Crateros.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. — Voss. A: *Crutheros.* — Vulgo: *Craterus.* — *Hephaestio.* Gu. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr.: *Ephestio.* — *quem unum.* Sic Gu. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Utraq. Par. Ald. Lamb.: *quem virum.* — *plurimi.* Mendos.: *plurimum.* — *sive potius.* Voss. A: *sine potius.* — *in hostium erat potestate.* Ax. Voss. B: *erat in hostium potestate.*

§. 2. *Hunc.* Ax. Voss. B: *Nunc.* — *si eum.* Voss. A: *ni eum.* — *omnium partes.* Ernst.: *omnes partes.* — *complecti.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. Gebh.: *amplecti.*

§. 3. *Neque vero hoc ille solus fecit.* Sic Gu. Voss. A. Ed. Ultr. — Ax.: *Neque vero ille hec solus fecit.* — Boecl. Voss. B: *Neque vero haec ille solus fecit.* — Leid. 2. Ed. Long. Par. al.:

ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant amici. Primus Leonnatus Macedoniam praeoccupare praedestinavit. Is multis magnis pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret ac secum faceret societatem. Cum perducere eum non posset, interficere conatus est et fecisset, nisi ille clam noctu ex praesidiis ejus effugisset.

1 Cap. III. Interim conflata sunt illa bella, quae ad internecionem post Alexandri mortem gesta sunt, omnesque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. Quem etsi infirmum videbat, quod unus omnibus resistere cogebatur, tamen amicum non deseruit neque salutis quam
2 fidei fuit cupidior. Praefecerat eum Perdiccas ei parti Asiae, quae inter Taurum montem jacet atque Hellespontum, et illum unum opposuerat Europaeis adversariis. Ipse Aegyptum oppugnatum adversus Ptolemaeum erat
3 profectus. Eumenes cum neque magnas copias neque firmas haberet, quod et inexercitatae et non multo ante

---

Neque vero hoc tempore solus fecit. — Ed. Ald. Lamb.: *Neque vero hoc solus fecit.* — *ceteri quoque.* Voss. B: *ceteri quaeque.* — *fuerant.* Leid. 2: *fuerunt.* — *Leonnatus.* Voss. B: *Leonnades.* — *praedestinavit.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. — Leid. 2. et Edd. ante Lamb.: *praedestinaverat.* — Lamb.: *destinaverat.* — Ed. Ultr.: *destinavit.* — *is.* Sic Ax. alii. — Gu.: *His.* — Ed. Ultr.: *Hic.* — *magnisque.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. Long. Lamb. — Ed. Par. Ald. al. *que* om. — *noctu.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Leid. 2. Ed. pr. Par. Ald. Lamb. *noctu* om.

Cap. III.

§. 1. *internecionem.* Sic Gu. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Boecl. Voss. B: *interceptionem.* — Ax.: *internectionem.* — Voss. A: *Perdicam.*

§. 2. *Praefecerat eum.* Ax. Gu. Boecl. Voss. B: *praefecerat hunc.* — *Hellespontum et.* Voss. B: *Ellespontum ut.* — *opposuerat.* Voss. B: *apposuerat.* — *Europaeis.* Leid. 2: *Europis.* — *adversus.* Gu.: *adversum.*

§. 3. *quod et inexercitatae.* Sic Gu. Boecl. Ax. — Vulgo *et* om. — *transisse.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Lamb.: *transcurrisse.* — *Crateros.* Sic Voss. A. — Gu.: *Charteros.* — Ax. Voss. B: *Cratheros* et sine *et.* — *cum claritate.* Gu. Leid. 2. Ed. Ultr. Lamb.: *tum claritate.* — *ea tum.* Sic Gu.

erant contractae, adventare autem dicerentur Hellespontumque transisse Antipater et Crateros magno cum exercitu Macedonum, viri cum claritate tum usu belli praestantes: (Macedones vero milites ea tum erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim semper habiti sunt fortissimi qui summam imperii potirentur:) Eumenes intelligebat, si copiae suae cognossent adversus quos ducerentur, non modo non ituras, sed simul cum nuntio dilapsuras. Itaque hoc ejus fuit prudentissimum consilium, 4
ut deviis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non possent, et his persuaderet se contra quosdam barbaros proficisci. Itaque tenuit hoc propositum et prius 5
in aciem exercitum eduxit proeliumque commisit, quam milites sui scirent cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum praeoccupatione, ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.

Cap. IV. Quorum acerrimo concursu cum magnam 1
partem diei esset oppugnatum, cadit Crateros dux et Neoptolemus, qui secundum locum imperii tenebat. A. Chr. n. 321.

Ax. — Vulgo: *ea tunc.* — Ed. Ultr.: *sunt habiti.* — *summam imperii.* Sic Gu. Dan. Gif. Sav. Voss. A. Leid. 2. — Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. Mag. Long.: *summa imperii.* — *Eumenes intelligebat.* Ed. Lamb.: *Eumenes igitur intelligebat.* — Voss. A: *intellegebat.* — *cognossent.* Sic Gu. Ax. Mendos. Boecl. Ed. Ultr. — Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Long. Lamb. al.: *cognoscerent.*

§. 4. *prudentissimum consilium.* Sic Ed. Ultr. et cett. Edd. — Gu. Boecl. Ax. *consilium* om. — Ax. pro *prudentissimum* habet *praestantissimum.* — *persuaderet.* Leid. 2: *perfunderet.*

§. 5. *proeliumque.* Voss. B: *plurimumque.* — *ut equitatu.* Ax. Voss. B: *et equitatu.* — *deterior.* Ernst.: *inferior.* — Gu. Ed. Ultr.: *deteriore.*

Cap. IV.

§. 1. *oppugnatum.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. et Edd. ante Lamb., qui cum Ed. Ultr. vulg. *pugnatum* dedit. — *Crateros.* Sic Voss. A. — Ax. Voss. B: *Chrateros.* — Gu.: *Cratherus.* — Ax.: *Neoptolomus.* — Voss. A: *Pneotholemus.* — Voss. B: *Neprolemus.*

2 Cum hoc concurrit pse Eumenes. Qui cum inter se complexi in terram ex equis decidissent, ut facile intelligi posset, inimica mente contendisse animoque magis etiam pugnasse, quam corpore, non prius distracti sunt, quam alterum anima relinqueret. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur neque eo magis ex proelio excessit, sed acrius
3 hostis institit. Hic equitibus profligatis interfecto duce Cratero multis praeterea et maxime nobilibus captis pedester exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non posset, pacem ab eo petit. Quam cum impetrasset, in fide non mansit et se simul ac po-
4 tuit ad Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie semivivum elatum recreare studuit. Cum id non posset, pro hominis dignitate proque pristina amicitia (namque illo usus erat Alexandro vivo familiariter) amplo funere extulit ossaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit.

1 Cap. V. Haec dum apud Hellespontum geruntur,
A. Ch. n. 322. Perdiccas apud Nilum flumen interficitur a Seleuco et

---

§. 2. *ipse.* Boecl. Ax. om. — *complexi.* Voss. B: *complessi.* — *posset.* Gu. Ed. Ultr.: *possent.* — *relinqueret.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Vulgo: *reliquerit.* — *neque eo magis.* Boecl. Voss. B: *nec eo magis.* — *hbstis.* Sic Gu. Gif. Mendos. — Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. et Edd. ante Bos.: *hostibus.*

§. 3. *pedester.* Sic Gu. Leid. 1. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Voss. A. Leid. 2. Ed. Par. Long. Lamb. al.: *pedestris.* — *quod in ea loca.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Par. 1. Ald.: *qui in ea loca.* — *petit.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. — Vulgo: *petiit.*

§. 4. *semivivum.* Sic Gu. et omnes Edd. — Ax.: *semianimem.* Voss. B. *semivivum* om. — *non posset.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. Long. Lamb. — Ed. Mag Steph. al.: *non potuisset.* — *funere.* Sic Leid. 2. Voss. B. Ed. Ultr. — Gif. Mendos.: *munere.* — Gu.: *munere* et litteris *mu* superscr.: *l fu.* — *in Macedoniam.* Boecl. Voss. B: *in Macedoniam.*

Cap. V.

§. 1. *Hellespontum.* Voss. A: *Hellespunthum.* — Voss. A: *Perdicas.* — *Nilum flumen.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *flumen Nilum.* — Voss. B: *Saeleuco.* — Ax.: *Sceleuco.* — *rerumque.*

Antigono rerumque summa ad Antipatrum defertur. Hic
qui deseruerant exercitu suffragium ferente capitis absen-
tes damnantur: in his Eumenes. Hac ille perculsus plaga
non succubuit neque eo secius bellum administravit. Sed
exiles res animi magnitudinem etsi non frangebant, ta-
men minuebant. Hunc persequens Antigonus cum omni 2
genere copiarum abundaret, saepe in itineribus vexaba-
tur neque umquam ad manum accedere licebat, nisi iis
locis, quibus pauci multis possent resistere. Sed ex- 3
tremo tempore cum consilio capi non posset, multitudine
circumitus est. Hinc tamen multis suis amissis se expe-
divit et in castellum Phrygiae, quod Nora appellatur,
confugit. In quo cum circumsederetur et vereretur, ne 4
uno loco manens equos militares perderet, quod spa-
tium non esset agitandi, callidum fuit ejus inventum,
quemadmodum stans jumentum concalefieri exercerique
posset, quo libentius et cibo uteretur et a corporis motu
non removeretur. Substringebat caput loro altius, quam 5
ut prioribus pedibus plane terram posset attingere; deinde
post verberibus cogebat exsultare et calces remittere.
Qui motus non minus sudorem excutiebat, quam si in

Voss. A: *verumque.* — *deseruerant.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Voss. B. Ed. Ald. Long. al.: *deseruerunt.* — *perculsus.* Sic Codd. et Edd. — Ed. Ultr.: *percussus.* — *minuebant.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. pr. Arg. Long.: *non minuebant.* — Cett. Edd.: *imminuebant.*

§. 2. *persequens.* Ax.: *psequens.* — Voss. B: *ipse sequens.* — *iis locis.* Sic ego scripsi. — Vulgo: *his locis.* — *pauci multis possent resistere.* Sic Gu. Ax. — Ed. Ultr. ut vulg.: *pauci possent multis resistere.* — Ed. pr. Par. Ald. Mag.: *multis possent pauci resistere.* — Voss. B: *posset.*

§. 3. *circumitus est.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Voss. A: *circuitus est.* — Vulgo: *circumventus est.* — *Nora.* Ms. Long.: *Hora.*

§. 4. *concalefieri.* Sic Voss. A. — Gu. Ed. Ultr.: *concalfieri.* *motu.* Leid. 2: *victu.*

§. 5. *terram posset attingere.* Ax.: *posset terram attingere.* —

6 spatio decurreret. Quo factum est, quod omnibus mirabile est visum, ut aeque jumenta nitida ex castello educeret, cum complures menses in obsidione fuisset, ac si
7 in campestribus ea locis habuisset. In hac conclusione, quotiescumque voluit, apparatum et munitiones Antigoni alias incendit alias disjecit. Tenuit autem se uno loco quamdiu fuit hiems, quod castra sub divo habere non poterat. Ver appropinquabat: simulata deditione dum de conditionibus tractat praefectis Antigoni imposuit seque ac suos omnes extraxit incolumes.

1 Cap. VI. Ad hunc Olympias, mater quae fuerat Alexandri, cum litteras et nuntios misisset in Asiam consul-

---

deinde post verberibus. Sic Gu. Ed. Ultr. — Ax.: *deinde verberibus.* — Sav. Leid. 2. Voss. A. in marg.: *deinde posterioribus.* — Ed. Ultr.: *plane*, et in marg.: *Al. plene.* — Gu.: *plane* et litterae *a* superscr.: *l e.* — *et calces.* Ed. Ultr.: *calcesque.* — *decurreret.* Boecl. Ax. Ed. Ultr.: *decurrerent.*

§. 6. *aeque jumenta.* Sic Gu. Ax. Edd. ante Lamb., qui *jumenta aeque* dedit. — *ac si.... conclusione.* Haec verba Ed. pr. Par. Ald. Mag. om. — Lamb. verba *in hac conclusione* om. et post *campestribus* addit *et planis*, quae verba a Gu. Leid. 1. Ax. et fortasse omnibus Codd. absunt. Receptam scripturam omnino confirmant Gu. uterq. Leid. Boecl. Ax. Voss. A. B. Burgens. Ed. Ultr. — Mendos.: *ea conclusione.*

§. 7. *quotiescunque.* Gu.: *quocienscunque.* — Voss. A. B: *quotienscunque.* — Ax.: *quotiensque.* — *apparatum.* Sic Gu. Leid. 1. Ax. — Ed. Ultr. et Edd. ante Boecl.: *et apparatum.* — *quod castra sub divo habere non poterat. Ver appropinquabat etc.* Sic Sav. Voss. A. Leid. 2. [*ad ver*]. Ed. Ultr. [*sub dio*]. — Leid. 1: *quod castra subsidio vel sub divo habere non poterat, ver appropinquabat.* — Gif. Mendos.: *quod castra subsidio habere non poterat, ver appropinquabat.* — Gu.: *quod castrum subsidio habere non poterat, ver appropinquabat* et verbo *subsidio* superscr.: *sub divo.* — Boecl. Ax. Voss. B: *quod castrum* [castra?] *subsidia habere non poterat, ver appropinquabat.* — Ernst.: *sed castrum subsidia habere non poterat et ver appropinquabat.* — Put.: *quod castrum subsidium habere non poterat, ver appropinquabat.* — *praefectis.* Leid. 2: *praefectus.* — *extraxit.* Voss. B: *traxit.*

Cap. VI.

§. 1. *utrum repetitum in Macedoniam veniret.* Sic Gu. Ax. Sav. Mendos. Voss. Leid. 2. — Boecl.: *utrum repetum in Mace-*

tum, utrum repetitum in Macedoniam veniret (namque
tum in Epiro habitabat), et eas res occuparet, huic ille
primum suasit, ne se moveret et exspectaret, quoad 2
Alexandri filius regnum adipisceretur; sin aliqua cupidi-
tate raperetur in Macedoniam, oblivisceretur omnium in-
juriarum, et in neminem acerbiore uteretur imperio.
Horum illa nihil fecit. Nam et in Macedoniam profecta 3
est et ibi crudelissime se gessit. Petit autem ab Eu-
mene absente, ne pateretur Philippi domus ac familiae
inimicissimos stirpem quoque interimere ferretque opem
liberis Alexandri. Quam veniam si daret, quam primum 4
exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. Id quo
facilius faceret, se omnibus praefectis, qui in officio ma-
nebant, misisse litteras, ut ei parerent ejusque consiliis
uterentur. His rebus Eumenes permotus satius duxit, si 5

---

doniam veniret. — Ed. Ultr.: *utrum repetitum iret Macedoniam.* — Voss. B. Burg. Ven. ut vulg.: *utrum repetitum Macedoniam veniret.* — Ed. pr. Arg. Par. Ald. Mag.: *utrum repetitam in Macedoniam veniret.* — *et eas.* Leid. 2: *ut eas.* — *occuparet.* Lamb. addit: *an in Epiro maneret,* quae verba ab Gu. Leid. 1. Ax. et fortasse omnibus libris absunt.

§. 2. *omnium injuriarum... et in Macedoniam.* Haec verba Boecl. Voss. B. om. — *oblivisceretur omnium injuriarum.* Sic Gu. Ax. Voss. A. — Vulgo: *omnium injuriarum oblivisceretur.*

§. 3. *Horum illa nihil fecit.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *Horum nihil ea fecit.* — *Petit.* Sic Gu. Boecl. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. Arg. al. — Ed. Long. Mag.: *petivit.* — Lamb.: *petiit.* — *ac familiae.* Sic Gu. Boecl. Ax. — Vulgo: *et familiae.* — *inimicissimos.* Sic Gu. Boecl. Ax. Mendos. Voss. A. B. Leid. 2. Burg. Ven. Ed. Ultr. — Ernst. Ed. Long.: *amicissimos interire.* — Par. Ald.: *inimicissimos interimere;* verbb. *stirpem quoque* om. — *stirpem quoque.* Sic Gu. Ax. Boecl. Mendos. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — *interimere.* Sic Gu. Mendos. Burg. Ven. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Boecl.: *interūere.* — Ax.: *interire.*

§. 4. *si daret.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *si sibi daret* scripsit. — *manebant.* Voss. B: *manebat.*

§. 5. *His rebus.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Mendos. Voss. A. B. Ax. — Ed. Ultr. et omnes ante Boecl.: *His verbis.* — *meritis.* Voss. B: *meritus.* — Ax.: *meritum.*

ita tulisset fortuna, perire bene meritis referentem gra-
tiam quam ingratum vivere.
1 Cap. VII. Itaque copias contraxit, bellum adversus
Antigonum comparavit. Quod una erant Macedones com-
plures nobiles, in his Peucestes, qui corporis custos fue-
A. Ch. n. 319. rat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem, et Antige-
nes, cujus sub imperio phalanx erat Macedonum, invidiam
verens, quam tamen effugere non potuit, si potius ipse
alienigena summi imperii potiretur, quam alii Macedo-
2 num, quorum ibi erat multitudo: in principiis Alexandri
nomine statuit tabernaculum in eoque sellam auream
cum sceptro ac diademate jussit poni eoque omnes quo-
tidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia cape-
rentur, credens minore se invidia fore, si specie imperii
nominisque simulatione Alexandri bellum videretur admi-
3 nistrare. Quod et fecit. Nam cum non ad Eumenis
principia, sed ad regia conveniretur atque ibi de rebus
deliberaretur, quodam modo latebat, cum tamen per eum
unum gererentur omnia.
1 Cap. VIII. Hic in Paraetacis cum Antigono conflixit
non acie instructa, sed in itinere, eumque male acce-
ptum in Mediam hiematum coegit redire. Ipse in fini-
A. Ch. n. 318. tima regione Persidis hiematum copias divisit non ut vo-

---

Cap. VII.

§. 1. *Peucestes.* Voss. A: *Peucrestes.* — Voss. B: *Pencrestis.* — Ax.: *Pencrestes.* — Ed. Ultr. pr. Arg. utraq. Par. Long.: *Peucestes* [Long.: *Peucestas*] *fuit.* — *et Antigenes.* Sic Gu. Mendos. Ed. Ultr. Mag. — Ax. Ed. pr. Par. Long.: *et Antigonus.* — Leid. 2: *Antigonem.* — Voss. B: *Antigenus.* — Ald. Lamb.: *et Teutamus.* — Voss. B. et Edd. post Boecl. *et* om. — *quorum.* Leid. 2. om.

§. 2. *Alexandri nomine.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *nomine Alexandri.* — Voss. B: *tabernaculum statuit.*

Cap. VIII.

§. 1. *Hic in Paraetacis.* Sic Dan. Gu. Gif. Ed. Ultr. — Leid. 2: *in Paretastis.* — Ax. Voss. A. B. Sav. Put. Mendos. Ed. Arg. Par. Ald. Long. al.: *Hic impar aetatis.* — Ernst.: *Hic impar cum etc.* — *acie instructa.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Boecl.

luit, sed ut militum cogebat voluntas. Namque illa pha- 2
lanx Alexandri Magni, quae Asiam peragrarat deviceratque
Persas, inveterata cum gloria tum etiam licentia non pa-
rere se ducibus, sed imperare postulabat; ut nunc vete-
rani faciunt nostri. Itaque periculum est, ne faciant,
quod illi fecerunt sua intemperantia nimiaque licentia, ut
omnia perdant neque minus eos, cum quibus steterint,
quam adversus quos fecerint. Quod si quis illorum ve- 3
teranorum legat facta, paria horum cognoscat neque rem
ullam, nisi tempus interesse judicet. Sed ad illos rever-
tar. Hiberna sumserant non ad usum belli, sed ad ipso-
rum luxuriam longeque inter se discesserant. Hoc Anti- 4
gonus cum comperisset intelligeretque se parem non
esse paratis adversariis, statuit aliquid sibi consilii novi
esse capiendum. Duae erant viae, qua ex Medis, ubi
ille hiemabat, ad adversariorum hibernacula posset per-
veniri. Quarum brevior per loca deserta, quae nemo 5
incolebat propter aquae inopiam, ceterum dierum erat
fere decem; illa autem, qua omnes commeabant, altero

Voss. B: *acie structa.* — *sed ut militum cogebat voluntas.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Leid. 2. Ed. Ultr. — Voss. B: *sed ut militum cogebant voluntas.* — Ed. Long.: *sed militum it cogebat voluntas.* — Ed. Lamb.: *sed militum ut cogebat voluntas.* — Cett. Edd.: *sed militum cogebat voluntas.*

§. 2. *Alexandri Magni.* Boecl. Voss. B: *Alexandri magis.* — *peragrarat.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. al.: *peragraverat.* — *deviceratque.* Boecl. Voss. B: *devigaretque.* — *cum gloria.* Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B: *tum gloria.* — *tum etiam.* Sic Gu. Ax. — Boecl. Voss. A. B: *tum et.* — *ducibus.* Voss. B: *omnibus ducibus.* — *faciunt nostri.* Sic Gu. Ax. Mendos. Ed. Ultr. — Ed. Arg. Par. Long. Lamb. *nostri* om.

§. 3. *neque rem ullam.* Voss. B: *neque rem nullam.* — *discesserant.* Sic Ed. Ultr. Lamb. — Gu. Leid. 2: *discenserant.* — Ax. Voss. A. B. Edd. vett.: *dissenserant.*

§. 4. *consilii novi.* Ed. Lamb.: *novi consilii.* — *Hoc Antigonus.* Ed. Ultr.: *Haec Antigonus.* — *Medis.* Gu.: *Mediis.* — Leid. 2: *Medus.* — Ernst.: *ad hibernacula adversariorum.*

§. 5. *quae nemo.* Ed. Long.: *qua nemo.* — *dierum erat.* Ax.: *dierum erant.*

tanto longiorem habebat anfractum, sed erat copiosa
6 omniumque rerum abundans. Hac si proficisceretur, intelligebat prius adversarios rescituros de suo adventu, quam ipse tertiam partem confecisset itineris; sin per loca sola contenderet, sperabat se imprudentem hostem
7 oppressurum. Ad hanc rem conficiendam imperavit quam plurimos utres atque etiam culleos comparari; post hoc pabulum, praeterea cibaria cocta dierum decem, ut quam minime fieret ignis in castris. Iter quod habebat omnis celat. Sic paratus qua constituerat proficiscitur.

1 Cap. IX. Dimidium fere spatium confecerat, cum ex fumo castrorum ejus suspicio allata est ad Eumenem hostem appropinquare. Conveniunt duces, quaeritur quid opus sit facto. Intelligebant omnes tam celeriter copias ipsorum contrahi non posse, quam Antigonus adfuturus
2 videbatur. Hic omnibus titubantibus et de rebus summis desperantibus Eumenes ait, si celeritatem velint ad-

---

§. 6. *Hac si proficisceretur.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Boecl.: *Hanc si proficiscerentur.* — Voss. B: *Hac si proficiscerentur.* — *quam ipse.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Edd. ante Boecl.: *quam ille.* — *itineris.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. pr. Arg. Long. Mag.: *itineris sui.* — *sin.* Ed. Long.: *quod si.*

§. 7. *imperavit.* Ed. Long. Mag.: *imperat.* — *utres.* Ax.: *utris.* — *post hoc.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. — Vulgo: *post haec.* — *praeterea.* Boecl. Ax. om. — *dierum decem.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. A. Ed. Ultr. — Voss. B. Ed. Ald. Lamb.: *decem dierum,* — *ut.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Cett. Edd. ut vulgo: *utque.* — *Iter.* Gu. Ax. Voss. B: *item.* — Ed. Par., Ald. Lamb.: *iterque.* — *omnis.* Sic Gu. — Vulgo: *omnes.*

Cap. IX.

§. 1. *allata est.* Voss. B: *alata est.* — *quaeritur.* Ax. Voss. A: *quaerere;* in Voss. A. tamen supra scr.: *quaeritur.* — Voss. A: *intellegebant.*

§. 2. *de rebus summis.* Ed. Ultr.: *de summis rebus.* — *quod diebus.* Ax. Voss. A: *quot diebus.* — *transisse.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Mag. al.: *transire.* — *suas quisque.* Sic Gu. Ax. Voss. B. — Leid. 2. Ed. Ultr. et ante Boecl. edd.: *suasque quisque.* — *contraheret copias.* Sic Gu. Ax. Voss. B. — Leid. 2. Ed. Ultr. ut vulgo: *copias contraheret.*

hibere, et imperata facere, quod ante non fecerint, se
rem expediturum. Nam quod diebus quinque hostis
transisse posset, se effecturum, ut non minus totidem
dierum spatio retardaretur: quare circumirent, suas quis-
que contraheret copias. Ad Antigoni autem refrenandum 3
impetum tale capit consilium. Certos mittit homines ad
infimos montes, qui obvii erant itinere adversariorum,
hisque praecipit, ut prima nocte quam latissime possint
ignis faciant quam maximos atque hos secunda vigilia
minuant, tertia perexiguos reddant et assimulata castro- 4
rum consuetudine suspicionem injiciant hostibus, his lo-
cis esse castra ac de eorum adventu esse praenuntia-
tum, idemque postera nocte faciant. Quibus imperatum 5
erat diligenter praeceptum curant. Antigonus tenebris
obortis ignis conspicatur: credit de suo adventu esse
auditum et adversarios illuc suas contraxisse copias.
Mutat consilium et, quoniam imprudentes adoriri non 6
posset, flectit iter suum et illum anfractum longiorem
copiosae viae capit ibique diem unum opperitur ad las-
situdinem sedandam militum ac reficienda jumenta, quo
integriore exercitu decerneret.

Cap. X. Hic Eumenes callidum imperatorem vicit 1

---

§. 3. *refrenandum.* Leid. 2: *referendum.* — *certos.* Ax.: *fidos certos.* — *obvii erant.* Sic Gu. Ed. Lamb. — Cett. Edd. etiam Ult.: *obvii eant.* — *praecipit.* Sic Lamb. — Gu. Ax. Ed. Ultr. al.: *praecepit.* — *ignis.* Sic Ax. Voss. B. — Vulgo: *ignes.*

§. 4. *his locis.* Ed. Lamb.: *in his locis.* — *esse praenuntiatum.* Sic Gu. Ax. et omnes ante Bos. — Ed. Ultr.: *fuisse praenuntiatum.* — Leid. 2: *pernuntiatum.* — *idemque.* Ax. *que* om. — Gu. Ed. Ultr.: *itemque.*

§. 5. *imperatum erat.* Ed. pr. Par. Ald. Mag. *erat* om. — *ignis.* Sic Gu. Voss. B. Ed. Long. — Vulgo: *ignes.* — *contraxisse.* Boecl.: *traxisse.*

§. 6. *imprudentes.* Sic Gu. Ed. Ald. — Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. [B.?] Ed. pr. Ultr. al.: *imprudentem.* — *iter suum.* Ed. Ultr. in marg.: *superesse videtur suum.*

Cap. X.

§. 1. *Hic.* Heusing. conj. *sic,* quod Brem. rec. — *consilio.* Mendos. om.

consilio celeritatemque impedivit ejus neque tamen mul-
2 tum profecit. Nam invidia ducum, cum quibus erat,
A. Ch. n. 316. perfidiaque Macedonum veteranorum, cum superior proelio discessisset, Antigono est deditus, cum exercitus ei ter ante separatis temporibus jurasset se eum defensurum nec umquam desertorum. Sed tanta fuit nonnullorum virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallent quam
3 eum non prodere. Atque hunc Antigonus, cum ei fuisset infestissimus, conservasset, si per suos esset licitum, quod ab nullo se plus adjuvari posse intelligebat in iis rebus, quas impendere jam apparebat omnibus. Imminebant enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemaeus opibus jam valentes, cum quibus ei de summis rebus erat di-
4 micandum. Sed non passi sunt ii, qui circa erant, quod videbant Eumene recepto omnis prae illo parvi futuros. Ipse autem Antigonus adeo erat incensus, ut nisi magna spe maximarum rerum leniri non posset.

1 Cap. XI. Itaque cum eum in custodiam dedisset et praefectus custodum quaesisset, quemadmodum servari vellet? ut acerrimum, inquit, leonem, aut ferocissimum elephantum. Nondum enim statuerat conservaret eum

---

§. 2. *perfidiaque Macedonum.* Sic Gu. Leid. 1. Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Long. Lamb. al.: *perfidiaque militum Macedonum.* — *nec unquam.* Ax.: *neque unquam.* — *tanta fuit.* Ax. Voss. B. *fuit* om. — *mallent.* Leid. 2: *nollent.* — *prodere.* Sic Gu. Leid. 2. et omnes Edd. ante Bos. — Mendos. Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr.: *perdere.*

§. 3. *atque.* Ed. Ultr.: *atqui.* — *intelligebat.* Voss. A: *intellegebat.* — *iis rebus.* Sic Voss. A. Ed. Lamb. — Vulgo: *his rebus.* — *Imminebant.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Voss. A. Ed. pr. Par. Ald.: *imminebat.* — *Ptolemaeus.* Leid. 2: *Ptolomaeus.* — Voss. A: *Ptholomaeus.*

§. 4. *ii.* Sic Gu. [*hii*] Voss. A. Ed. Lamb. — Vulgo: *hi.* — *omnis.* Sic Gu. — Vulgo: *omnes.* — *prae illo.* Leid. 2: *pro illo.*

Cap. XI.

§. 1. *inquit, leonem.* Voss. B: *leonem, inquit.* — *nondum.* Leid. 2: *nundum.* — *conservaret eum.* Sic Gu. Leid. 2. Ed. pr. Ult. Lamb. — Ax. Boecl.: *servaret eum.* — Ed. Ald. Long. al.: *conservare eum.*

nec ne. Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus 2
hominum et qui propter odium fructum oculis ex ejus casu capere vellent et qui propter veterem amicitiam colloqui consolarique cuperent; multi etiam, qui ejus formam cognoscere studebant, qualis esset, quem tamdiu tamque valde timuissent, cujus in pernicie positam spem habuissent victoriae. At Eumenes, cum diutius in vin- 3
culis esset, ait Onomarcho, penes quem summa imperii erat custodiae, se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur: non enim hoc convenire Antigoni prudentiae, ut sic deuteretur victo; quin aut interfici aut missum fieri juberet. Hic cum ferocius Onomarcho loqui videre- 4
tur, quid? tu, inquit, animo si isto eras, cur non in proelio cecidisti potius, quam in potestatem inimici venires? Huic Eumenes, utinam quidem istud evenisset! sed eo 5
non accidit, quod numquam cum fortiore sum congressus. Non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi succubuerit. Non enim virtute hostium, sed amicorum perfidia decidi. [Neque id falsum. Nam et dignitate fuit honesta et viribus ad laborem ferendum firmis neque tam magno corpore, quam figura venusta.]

Cap. XII. De hoc Antigonus cum solus constituere 1

---

§. 2. *utrumque.* Voss. B: *utriusque.* — *propter odium.* Boecl. Ax. Voss. B: *per odium.* — *tamque valde.* Leid. 2: *valdeque.*

§. 3. *Onomarcho.* Leid. 2: *Honomarco.* — Voss. A: *Onomarco.* — *sic deuteretur.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Ax. Gif. Mendos. Put. Sav. Voss. A. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. — Voss. B. Ed. Lamb.: *sic se uteretur.* — Boecl.: *sic denteretur.* — Ed. Ultr. *hoc* om. — *quin aut.* Ax.: *quando aut.* — Ed. Long. al.: *cum aut.*

§. 4. *cecidisti.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr. — Ax. Voss. B: *concidisti.*

§. 5. *evenisset.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. B. et cett. — Lamb.: *evenisset, inquit.* — [*Neque id falsum..... venusta*]. Haec verba ut suppositicia uncis inclus. Heus. et Brem. Fortasse aliquid excidit. — Ed. Ultr.: *Neque id erat falsum. Jam et etc.* — *firmis.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. Ed. pr. Long. al.: *firmus.*

Cap. XII.

§. 1. *Hic cum omnes primo.* Sic Leid. 2. Voss. A. Gu. [*omnis*]

non auderet, ad consilium retulit. Hic cum omnes primo perturbati admirarentur non jam de eo sumtum esse supplicium, a quo tot annos adeo essent male habiti, ut saepe ad desperationem forent adducti, quique maximos
2 duces interfecisset; denique in quo uno tantum esset, ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent, interfecto nihil habituri negotii essent: postremo, si illi redderet salutem, quaerebant, quibus amicis esset usurus?
3 sese enim cum Eumene apud eum non futuros: hic cognita consilii voluntate tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit. Tum autem, cum jam vereretur, ne qua seditio exercitus oriretur, vetuit quemquam ad eum admitti et quotidianum victum removeri jussit. Nam negabat se ei vim adlaturum, qui aliquando fuisset
4 amicus. Hic tamen non amplius quam triduum fame fa-
A. Ch. n. 316. tigatus, cum castra moverentur, insciente Antigono jugulatus est a custodibus.

1 Cap. XIII. Sic Eumenes annorum quinque et quadraginta, cum ab anno vigesimo, uti supra ostendimus, septem annos Philippo apparuisset, tredecim apud Ale-

---

Ed. Ultr. — Boecl. Ax.: *Hoc cum primo.* — Voss. B. (?) ut vulgo: *Hic cum plerique omnes primo.* — Ed. pr. Par. 1. Ald. Mag. Long.: *Hic cum omnes vel primo.* — *quique maximos.* Gu.: *quique in maximos.* — Ed. Ultr.: *quique tot maximos.*

§. 2. *tantum esset.* Sic Gu. — Vulgo: *esset tantum.* — *quibus amicis.* Boecl. Voss. B: *quibus amicitia.* — Ax.: *sese enim apud Eumenem futuros.*

§. 3. *deliberandi.* Boecl. Ax.: *deliberando.* — *jam vereretur.* Sic Gu. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. Lamb. al. *jam* om. — *quemquam ad eum.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Vulgo: *ad eum quemquam.* — *removeri.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Leid. 2: *moveri.* — Vulgo: *amoveri.*

§. 4. *Hic tamen.* Boecl. Ax. *tamen* om.

Cap. XIII.

§. 1. *uti.* Sic Gu. — Ax. et Edd. ante Boecl.: *ut.* — *ostendimus.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. Long. Lamb. — Ed. pr. Par. Ald. *ostendimus* om. — *apparuisset.* Sic Gu. Leid. 2. — Boecl. Ax. Voss. A. B. Ed. Ultr. Long. al.: *paruisset.* — *tredecim.* Sic Gu.

xandrum eumdem locum obtinuisset, in his unum equitum alae praefuisset, post autem Alexandri Magni mortem imperator exercitus duxisset summosque duces partim repulisset partim interfecisset, captus non Antigoni virtute, sed Macedonum perjurio talem habuit exitum vitae.
In quo quanta omnium fuerit opinio eorum, qui post 2
Alexandrum Magnum reges sunt appellati, ex hoc facillime potest judicari, quod nemo Eumene vivo rex appellatus est, sed praefectus, eidem post hujus occasum 3
statim regium ornatum nomenque sumserunt neque quod initio praedicarant, se Alexandri liberis regnum servare, praestare voluerunt et uno propugnatore sublato quid sentirent aperuerunt. Hujus sceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolemaeus, Seleucus, Lysimachus, Cassander.
Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis ejus se- 4
peliendum tradidit. Hi militari honestoque funere comitante toto exercitu humaverunt ossaque ejus in Cappadociam ad matrem atque uxorem liberosque ejus deportanda curarunt.

Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. B. — Vulgo: *et tredecim.* — Voss. A: *tresdecim.* — *unum.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Voss. A. — Ax. Ed. Ultr. et cett. Edd.: *uni.* — Boecl. *equitum* om.

§. 2. *in quo.* Sic omnes codd. et Edd. ante Lamb., qui *de quo* scripsit. — *omnium fuerit.* Sic Gu. — Vulgo: *fuerit omnium.* — Boecl. Ax.: *omnium hominum opinio.*

§. 3. *eidem.* Sic Gu. Ax. Voss. B. — Leid. 1: *sed post etc.* — Vulgo: *iidem.* — *praedicarant.* Sic Gu. Ed. Ultr. Lamb. — Vulgo: *praedicarunt.* — *praestare.* Sic Gu. Boecl. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *id praestare* scripsit. — *aperuerunt.* Voss. A. B: *apperuerunt.* — *principes.* Mendos. Voss. A: *participes;* Voss. A. tamen in marg. *al. principes.* — *Antigonus.* Boecl. Ax. om. — *Cassander.* Ax. Voss. B: *Cassandrus.*

§. 4. *sepeliendum.* Ed. Ultr.: *sepeliundum.* — *Hi militari.* Gu.: *Hii militari.* — Ed. pr.: *ei militari.* — Ald. Lamb.: *qui eum militari.* — *honestoque.* Sic Gu. Ed. Ultr. Long. Lamb. al. — Ax. Boecl. Voss. B. *que* om. — *in Cappadociam.* Boecl. Voss. B: *in Cappadocia.*

XIX. PHOCION.

Argumentum.

Cap. I. *Virtutibus suis clarior quam re militari.* II. *Senex in odium civium pervenit. Ejus culpa Nicanor Piraeeo potitur.* III. *Exsilio multatur. Caussam apud Macedones dicere cogitur, et Athenas deducitur.* IV. *Athenis damnatus, ad supplicium traditur.*

1 Cap. I. *Phocion* Atheniensis etsi saepe exercitibus praefuit summosque magistratus cepit, tamen multo ejus
2 notior integritas vitae, quam rei militaris labor. Itaque hujus memoria est nulla, illius autem magna fama, ex quo cognomine *Bonus* est appellatus. Fuit enim perpetuo pauper, cum divitissimus esse posset propter frequentes delatos honores potestatesque summas, quae ei a
3 populo dabantur. Hic cum a rege Philippo munera magnae pecuniae repudiaret legatique hortarentur accipere simulque admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset, in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam, his ille, si mei
4 similes erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam.

1 Cap. II. Idem cum prope ad annum octogesimum prospera pervenisset fortuna, extremis temporibus ma-

---

Phocion.

Cap. I.

§. 1. *saepe.* Boecl.: *psaepe.* — *integritas vitae.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. — Ed. Ultr.: *notior est integritas vitae.* — Ed. pr. Ald. Long. Lamb. al.: *notior integritas est vitae.*

§. 2. *divitissimus.* Sic Gu. Gif. Voss. A. Ed. Ultr. Lamb. — Ax.: *diutissimus.* — Edd. ante Bos.: *ditissimus.* — *dabantur.* Sic Gu. Leid. 1. Ax. Mendos. Sav. Gif. Put. Ed. Ultr. Ald. Long. al. — Ed. Lamb.: *mandabantur.*

§. 3. *careret.* Voss. B: *curaret.* — *his ille.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Par. Ald. Lamb.: *hic ille.*

§. 4. *idem hic.* Ed. Ultr. *idem* om.

Cap. II.

§. 1. *Idem cum.* Codd. et Edd.: *eidem cum.* — Sciopp. *idem* scr. — *pervenisset.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Mendos. Ax. Sav. Gif.

gnum in odium pervenit suorum civium; primo cum De- 2
made de urbe tradenda Antipatro consenserat ejusque consilio Demosthenes cum ceteris, qui bene de re publica meriti existimabantur, populiscito in exsilium erant expulsi. Neque in eo solum offenderat, quod patriae male consuluerat, sed etiam quod amicitiae fidem non praestiterat. Namque auctus adiutusque a Demosthene 3
eum, quem tenebat, adscenderat gradum, cum adversus Charetem eum subornaret: ab eodem in judiciis, cum capitis caussam dicere, defensus aliquoties liberatus discesserat. Hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit. Concidit autem maxime uno crimine, 4
quod, cum apud eum summum esset imperium populi et Nicanorem, Cassandri praefectum, insidiari Piraeeo Atheniensium a Dercyllo moneretur, idemque postularet, ut provideret, ne commeatibus civitas privaretur, huic audiente populo, Phocion negavit esse periculum seque ejus rei obsidem fore pollicitus est. Neque ita multo 5
post Nicanor Piraeeo est potitus. Ad quem recuperan- A. Ch. n. 318.

Put. Voss. B. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *mansisset* scr. — Al.: *permansisset.* — *in odium pervenit.* Ax. Voss. B: *pervenit in odium.*

§. 2. *Primo cum Demade.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. B. Ax. (!) Edd. vett. — Leid. 1. Ed. Ultr.: *Primo quod cum Demade.* — *meriti.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. Ed. Ultr. — Vulgo: *mereri.* — *populiscito.* Sic Gu. Mendos. Ed. Ultr. — Ax. Voss. B: *plebescito.* — Leid 1: *scito populi.* — Leid. 2: *scito.* — Edd. vett.: *plebiscito.* — *in exsilium erant expulsi.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. [*exsilio*] Ed. Ultr. — Leid. 1: *in exsilium erant missi et expulsi.*

§. 3. *Charetem.* Gu. Ax.: *Carethem.* — *aliquoties.* Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B: *aliquotiens.*

§. 4. *autem maxime.* Ed. Ultr.: *maxime autem.* — *uno crimine.* Ax. om. — *quod, cum.* Sic Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Ed. Ultr. — Voss. A. B. Ed. Ald. Long. Lamb. al.: *quia cum.* — *Piraeeo.* Leid. 2: *Pireo.* — *Dercyllo.* Leid. 2: *Dercilo.* — Ed. Ultr.: *Darcyllo.* — *idemque.* Gu. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. B: *eidemque.* — *huic.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. pr. Ald. Lamb.: *hinc.* — Par. 1: Long. al.: *hic.*

§. 5. [*sine quo.... possunt.*] Voss. A. haec verba om. — Ed.

dum cum populus armatus concurrisset, ille non modo neminem ad arma vocavit, sed ne armatis quidem praeesse voluit [sine quo Athenae omnino esse non possunt].

1 Cap. III. Erant eo tempore Athenis duae factiones, quarum una populi caussam agebat, altera optimatium. In hac erat Phocion et Demetrius Phalereus. Harum utraque Macedonum patrociniis utebatur. Nam populares Polysperchonti favebant, optimates cum Cassandro sen-
2 tiebant. Interim a Polysperchonte Cassander Macedonia pulsus est. Quo facto populus superior factus statim duces adversariae factionis capitis damnatos patria pepulit, in his Phocionem et Demetrium Phalereum, deque ea re legatos ad Polysperchontem misit, qui ab eo pe-
3 terent, ut sua decreta confirmaret. Huc eodem profectus est Phocion. Quo ut venit, caussam apud Philippum regem verbo, re ipsa quidem apud Polysperchontem jussus est dicere. Namque is tum regis rebus praeerat.

Long. Mag.: *ad quem recuperandum (quod sine eo Athenae omnino esse non possent) cum populus etc.* — Ed. Steph. Gebh.: *ad quem recuperandum (sine quo Athenae omnino esse non possunt) cum populus etc.* — Ed. Ultr. in marg.: *Opinor legendum: sine quo portu.*

Cap. III.

§. 1. *optimatium.* Sic Gu. Ed. Ultr. Lamb. — Vulgo: *optimatum.* — *erat.* Ed. Mag. Steph. al.: *erant.* — *utebatur.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Mendos. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. Long. Arg. — Cett. Edd.: *nitebatur.* — *Polysperchonti.* Gu.: *Poliperchonti* et *Poliperchonte.* — Ax.: *Polipercunti* et *Poliperconte.* — Ed. Ultr.: *Polyperchonti,* ubique.

§. 2. *Polysperchonte.* Voss. B: *Polyperconte.* — *Cassander.* Gu. Voss. B. Ed. Ultr.: *Cassandrus.* — *pulsus est.* Voss. B: *populus est.* — *pepulit.* Sic Gu. Ed. Par. Ald. Lamb. — Mendos. Ax. Leid. 2. Voss. A. et cett. Edd. vett.: *propulit.* — Voss. B: *perpulit.* — *Polysperchontem.* Gu.: *Polypercuntem.* — Ax.: *Polipercontem.*

§. 3. *Eodem.* Sic Ed. Ultr. — Gu. Ax. Leid. Voss. A. B. Ed. pr. Arg. Par. Ald.: *Hoc eodem.* — Ed. Long.: *hinc eodem.* — Ed. Mag. al.: *hic eodem.* — Lamb. ut vulgo: *huc eodem.* — *profectus est Phocion.* Sic Gu. Ax. — Ed. Ultr. Long. Lamb. al.: *profectus est et Phocion.*

Hic ab Agnonide accusatus, quod Piraeeum Nicanori 4
prodidisset, ex consilii sententia in custodiam conjectus
Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus fieret judícium.

Cap. IV. Huc ubi perventum est, cum propter aeta- 1
tem pedibus jam non valeret vehiculoque portaretur,
magni concursus sunt facti, cum alii reminiscentes vete- A. Ch. n. 318.
ris famae aetatis misererentur, plurimi vero ira exacuerentur propter proditionis suspicionem Piraeei maximeque, quod adversus populi commoda in senectute steterat. Qua de re ne perorandi quidem ei data est facultas 2
et dicendi caussam. Inde judicio legitimis quibusdam confectis damnatus traditus est undecim viris, quibus ad supplicium more Atheniensium publice damnati tradi solent. Hic cum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Eu- 3
phyletus, quo familiariter fuerat usus. Is cum lacrimans dixisset: O quam indigna perpeteris, Phocion! huic ille, at non inopinata, inquit: hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses. In hoc tantum fuit odium 4
multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire. Itaque a servis sepultus est.

---

§. 4. *Hic ab Agnonide accusatus.* Sic Mendos. — Gif. Boecl.: *hic ab Agnone accusatus.* — Gu. Ax.: *hic cum ab Agnone accusatus sine esset.* — Ed. Ultr.: *Hic cum ab Agnone accusatus esset.* — Ed. Mag. Long. Lamb.: *hic cum ab Agnonide accusatus esset.* — *Nicanori.* Gif. om. — *ex consilii sententia.* Sic Gif. Leid. 2. Voss. A. Sluisq. Ed. Ultr. Lamb. — Gu. Sav.: *ex consimili sententia.* — Boecl. Ax. Voss. B: *et consimili sententia.* — *conjectus.* Ax. om.

Cap. IV.

§. 1. *Huc ubi.* Gu. Voss. A. *ubi* om. — Ed. Ultr.: *Huc ut.* — *propter aetatem.* Ax.: *per aetatem.* — *in senectute.* Ax.: *in senectutem.*

§. 2. *et dicendi caussam.* Ed. Ultr. om. — Ernst.: *ad dicendam caussam.*

§. 3. *Euphyletus.* Sic Gu. Voss. A. — Ax.: *Eriphyletus.* — Ed. Ultr. Long.: *Emphiletus.* — Leid. 2: *Enphiletus.*

§. 4. *sepelire.* Voss. B: *sepeliri.*

XX. TIMOLEON.

Argumentum.

Cap. I. ***Liberata patria, fratrem suum, tyrannum, interfici jubet.*** **II.** ***Dionysium Sicilia pellit. Hicetam superat. Poenos fugat.*** **III.** ***Siculorum rem publicam restaurat. Privatus Syracusis vivit.*** **IV.** ***Oculis captus rei publicae inservit.*** **V.** ***Ejus patientiae exempla. Moritur.***

1 Cap. I. *Timoleon* Corinthius. Sine dubio magnus omnium judicio hic vir exstitit. Namque huic uni contigit, quod nescio an ulli, ut et patriam, in qua erat natus, oppressam a tyranno liberaret et a Syracusis, quibus auxilio erat missus, jam inveteratam servitutem depelleret totamque Siciliam multos annos bello vexatam a barbarisque oppressam suo adventu in pristinum restitueret.
2 Sed in his rebus non simplici fortuna conflictatus est et, id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secun-
3 dam, quam adversam fortunam. Nam cum frater ejus Timophanes dux a Corinthiis delectus tyrannidem per milites mercenarios occupasset particepsque regni posset esse, tantum abfuit a societate sceleris, ut antetulerit civium suorum libertatem fratris saluti et parere legibus

---

Timoleon.

Cap. I.

§. 1. ***Timoleon.*** **Sic Ed. Ultr. — Gu. Voss. A:** ***Thimoleon.*** **— Mendos. Gif. Ax. Ed. Long. al.:** ***Thymoleon.*** **—** ***contigit.*** **Voss. B:** ***contingit.*** **—** ***an ulli.*** **Sic omnes Codd. et Edd. — Ernst.:** ***a nulli.*** **— Ed. Lamb.:** ***an nulli.*** **—** ***et patriam.*** **Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Cett. Edd. ante Boecl.** ***et*** **om. —** ***jam inveteratam.*** **Sic Gu. Ed. Ultr. — Vulgo:** ***jam*** **om. —** ***in pristinum.*** **Ed. Long. Mag.:** ***in pristinum statum.*** **—** ***restitueret.*** **Voss. C:** ***restituerit.***

§. 2. ***conflictatus.*** **Mendos. Voss. C:** ***conflictus.*** **—** ***putatur.*** **Boecl. Ax.:** ***putabatur.***

§. 3. ***particepsque.*** **Voss. B:** ***participesque.*** **—** ***abfuit.*** **Sic Gu. Ax. et omnes ante Lamb. — Voss. B. Lamb.:** ***afuit.*** **—** ***civium suorum.*** **Sic Gu. Ax. — Vulgo:** ***suorum civium.*** **— Ed. Ultr.:** ***fratris sui.*** **—** ***et parere legibus, quam imperare patriae satius duxerit.*** **Sic Leid. 1. Gu. Ed. Ultr. — Gif.:** ***et patriae parere legibus, quam***

quam imperare patriae satius duxerit. Hac mente per 4
haruspicem communemque affinem, cui soror ex eisdem
parentibus nata nupta erat, fratrem tyrannum interficiun-
dum curavit. Ipse non modo manus non attulit, sed ne
adspicere quidem fraternum sanguinem voluit. Nam, dum
res conficeretur, procul in praesidio fuit, ne quis satel-
les posset succurrere. Hoc praeclarissimum ejus factum 5
non pari modo probatum est ab omnibus. Nonnulli enim
laesam ab eo pietatem putabant et invidia laudem vir-
tutis obterebant. Mater vero post id factum neque do-
mum ad se filium admisit neque adspexit, quin eum
fratricidam impiumque detestans compellaret. Quibus 6
rebus ille adeo est commotus, ut nonnumquam vitae
finem facere voluerit atque ex ingratorum hominum con-
spectu morte decedere.

Cap. II. Interim Dione Syracusis interfecto Diony- 1
sius rursus Syracusarum potitus est, cujus adversarii
opem a Corinthiis petierunt ducemque, quo in bello ute-

---

imperare satius duxerit. — **Boecl. Ax.:** *et patriae legibus, quam imperare patriae satius duxerit.* — **Edd. ante Lamb.:** *et patriae legibus obtemperare sanctius duxerit, quam imperare patriae.* — **Voss. B:** *sanctius.*

§. 4. *haruspicem.* **Sic Voss. B. — Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ultr.:** *aruspicem.* — *communemque affinem.* **Voss. A:** *communemque fratri affinem.* — *interficiundum.* **Sic Gu. — Vulgo:** *interficiendum.* — *manus.* **Sic Gu. Ed. Ultr. — Ax.:** *minus.* — **Voss. A. C. Leid. 2. Ed. pr. Ald.:** *manum.* — *Nam, dum.* **Voss. C:** *nondum.*

§. 5. *factum.* **Sic Gu. Boecl. [Voss. B.?] — Voss. A. C. Leid. 2. Ed. Ultr.:** *facinus.* — *probatum est ab omnibus.* **Voss. B:** *ab omnibus probatum est.* — **Ax.:** *prolatum est ab omnibus.* — *detestans.* **Leid. 2:** *detestatus.*

§. 6. *Quibus rebus.* **Sic Gu. Sav. Gif. Put. Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Voss. C:** *Quibus res.* — **Edd. cett. ante Boecl.:** *Quibus verbis.* — *ille adeo est.* **Sic Gu. Boecl. Ax. — Gif. Sav. Put. Ed. Ultr. et vett.:** *adeo ille est.*

Cap. II.

§. 1. *Syracusarum.* **Leid. 2:** *Syracusanorum.* — *potitus est.* **Ax.** *est* **om.** — *petierunt.* **Sic Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Edd. ante Boecl.:** *petiverunt.*

2 rentur, postularunt. Huc Timoleon missus incredibili fe-
A. Ch. n. 345. licitate Dionysium tota Sicilia depulit. Cum interficere posset, noluit tutoque ut Corinthum perveniret effecit, quod utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii saepe adjuti fuerant, cujus benignitatis memoriam volebat exstare, eamque praeclaram victoriam ducebat, in qua plus esset clementiae quam crudelitatis; postremo, ut non solum auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, quem et ex quanto regno ad quam fortunam detrusisset.
3 Post Dionysii decessum cum Hiceta bellavit, qui adversatus erat Dionysio, quem non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate indicio fuit, quod ipse expulso Dio-
4 nysio imperium dimittere noluit. Hoc superato Timoleon
A. Ch. n. 342. maximas copias Carthaginiensium apud Crimissum flumen fugavit ac satis habere coegit, si liceret Africam obtinere, qui jam complures annos possessionem Siciliae te-
A. Ch. n. 339. nebant. Cepit etiam Mamercum Italicum ducem hominem bellicosum et potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

---

§. 2. *Cum interficere.* Voss. C: *quem interficere.* — *tutoque.* Leid. 2: *tuteque.* — *perveniret.* Leid. 2: *pervenerit.* — *quod.* Voss. C: *qui.* — *eamque praeclaram.* Sic Codd. et Edd. ante Lamb., qui *et quod eam praeclaram* scr. — *in qua.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Leid. 2. et omnes ante Lamb.: *ex qua.* — *clementiae.* Voss. B: *clementia.* — *detrusisset.* Gu. Mendos. Voss. B. C. Leid. 2: *detulisset.* — Voss. A: *detusisset.* — Ed. Ultr.: *depulisset.*

§. 3. *Dionysii decessum.* Leid. 2: *Dionysium decessum.* — *Hiceta.* Gu. Mendos. Ed. Ultr. Arg. Par. al.: *Hecata.* — Boecl. Ax. Voss. A: *Heccata.* — Leid. 2: *Hercita.* — Voss. C: *Hectata.* — Ed. Long.: *Icete.* — Ed. Ald. Mag. Lamb. al.: *Iceta.* — *adversatus erat.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. — Vulgo: *adversatus fuerat.* — *quem non.* Boecl. Ax.: *quoniam non.* — *cupiditate.* Ax.: *cupiditatis.*

§. 4. *Crimissum.* Gu. Ax. Voss. A. B. C. Ed. Ultr.: *Crinissum.* — Leid. 2: *Cymssum.* — Ed. pr. Ald.: *Crimnissum.* — Ed. Long.: *Crimesium.* — *complures.* Voss. C: *plures.* — *Mamercum.* Voss. A: *Mamerchum.* — Voss. C: *Mamorem.*

Cap. III. Quibus rebus confectis cum propter diu- 1
turnitatem belli non solum regiones, sed etiam urbes
desertas videret, conquisivit quos potuit, primum Siculos, A. Ch. n. 345.
deinde Corintho arcessivit colonos, quod ab his initio
Syracusae erant conditae. Civibus veteribus sua resti- 2
tuit, novis bello vacuefactas possessiones divisit, urbium
moenia disjecta fanaque deserta refecit, civitatibus leges
libertatemque reddidit. Ex maximo bello tantum otium
totae insulae conciliavit, ut hic conditor urbium earum,
non illi, qui initio deduxerant, videretur. Arcem Syra- 3
cusis, quam munierat Dionysius ad urbem obsidendam,
a fundamentis disjecit, cetera tyrannidis propugnacula
demolitus est deditque operam, ut quam minime multa
vestigia servitutis manerent. Cum tantis esset opibus, ut 4
etiam invitis imperare posset; tantum autem amorem ha-
beret omnium Siculorum, ut nullo recusante regnum ob-
tineret, maluit se diligi quam metui. Itaque cum pri-
mum potuit, imperium deposuit et privatus Syracusis
quod reliquum vitae fuit vixit. Neque vero id imperite

Cap. III.

§. 1. *deinde.* Gu. Voss. A. Ed. Ultr.: *dein.* — Boecl. Ax. verba: *primum Siculos.... sua restituit* om.; etiam Voss. B. quaedam verba hic om. — *arcessivit.* Sic Gu. — Ed. Ultr.: *accersivit.* — *ab his.* Voss. A: *ab iis.*

§. 2. *urbium.* Voss. B: *urbiumque.* — *fanaque deserta.* Sic Gu. Boecl. Ax. Sav. Gif. Put. Leid. 2. Voss. A. B. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *fanaque deleta* dedit. — Mendos. *deserta* om. — Voss. C. *fanaque deserta refecit* om. — *ex maximo bello.* Sic Gu. Leid. 1. Gif. Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Leid. 2. Ed. Ald. Long. Lamb.: *et maximo bello.* — *totae.* Sic Gu. Gif. Put. — Ax. Thott. Ed. Ultr. et omnes ante Bos.: *toti.* — *conditor.* Voss. C: *condicio.*

§. 3. *munierat.* Sic Gu. Ax. — Ed. Ultr. et cett.: *muniverat.* — *a fundamentis.* Voss. B. *a* om.

§. 4. *amorem haberet.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *haberet amorem.* — *ac privatus.* Sic Gu. Ax. Voss. C. Ed. Ultr. — Vulgo: *et privatus.* — *reliquum vitae fuit.* Ax.: *reliquum fuit vitae.* — *Neque vero id.* Voss. B. *vero* om. — Leid. 2. *id* om.

5 fecit. Nam quod ceteri reges imperio potuerunt, hic be-
nevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit neque postea
res ulla Syracusis gesta est publice, de qua prius sit
6 decretum, quam Timoleontis sententia cognita. Nullius
umquam consilium non modo antelatum, sed ne com-
paratum quidem est. Neque id magis benevolentia fa-
ctum est, quam prudentia.

1 Cap. IV. Hic cum aetate jam provectus esset, sine
ullo morbo lumina oculorum amisit. Quam calamitatem
ita moderate tulit, ut neque eum querentem quisquam
audierit, neque eo minus privatis publicisque rebus in-
2 terfuerit. Veniebat autem in theatrum, cum ibi conci-
lium populi haberetur, propter valetudinem vectus ju-
mentis junctis atque ita de vehiculo quae videbantur
dicebat neque hoc illi quisquam tribuebat superbiae.
Nihil enim umquam neque insolens neque gloriosum ex
3 ore ejus exiit. Qui quidem, cum suas laudes audiret
praedicari, numquam aliud dixit quam se in ea re ma-
xime diis agere gratias atque habere, quod, cum Sici-
liam recreare constituissent, tum se potissimum ducem
4 esse voluissent. Nihil enim rerum humanarum sine deo-

---

§. 5. *potuerunt.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Ultr. et omnes ante Gebh., qui *vix potuerunt* scr. — Ed. Ultr. in marg.: *Forte vix potuerunt.* — *neque postea res ulla Syracusis gesta est publice.* Sic Gu. Ax. Boecl. — Ed. Ultr.: *neque postea Syracusis res ulla gesta est publice.* — Edd. ante Bos.: *neque postea Syracusis res ulla gesta est publica.* — *decretum.* Leid. 2: *decretus.*

Cap. IV.

§. 2. *concilium.* Ax. Ed. Arg. Ultr. Long.: *consilium.* — *junctis.* Leid. 2. Voss. A. om. — *valetudinem.* Ed. Ultr.: *valitudinem.* — *unquam.* Voss. C: *nunquam.*

§ 3. *quam se.* Ax. *se* om. — *maxime diis agere gratias atque habere.* Sic Gu. — Ax.: *maxime diis gratias agere atque habere.* — Vulgo: *maximas diis gratias agere atque habere.* — *recreare constituissent.* Gu.: *recreare constituert* (lineola consonanti *r* superscripta) *ut constituissent.*

§. 4. *geri putabat.* Sic Gu. Mendos. Boecl. Ax. Voss. A.

rum numine geri putabat. Itaque suae domi sacellum *Αὐτοματίας* constituerat idque sanctissime colebat.

Cap. V. Ad hanc hominis excellentem bonitatem 1
mirabiles accesserant casus. Nam proelia maxima natali
suo die fecit omnia, quo factum est, ut ejus diem nata-
lem festum haberet universa Sicilia. Huic quidam La- 2
mistius, homo petulans et ingratus, vadimonium cum vel-
let imponere, quod cum illo se lege agere diceret et
complures concurrissent, qui procacitatem hominis ma-
nibus coercere conarentur, Timoleon oravit omnes, ne
id facerent. Namque id ut Lamistio et cuivis liceret, se
maximos labores summaque adiisse pericula. Hanc enim
speciem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet,
legibus experiri liceret. Idem, cum quidam Lamistii 3
similis, nomine Demaenetus, in contione populi de rebus
gestis ejus detrahere coepisset ac nonnulla inveheretur,

B. C. Ed. Ultr. — Leid. 2. Ed. Ald. Long. Lamb. al.: *agi putabat.* — *Αὐτοματίας.* Gu. Ax.: *Authomathias.*

Cap. V.

§. 1. *accesserant.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *accesserunt.* — *natali suo die.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *natali die suo.* — *ejus diem natalem.* Sic Gu. [Boecl.?] Voss. A. B. C. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax.: *ejusdem natalem.* — Ed. Long. al.: *ejusdem natale.*

§. 2. *Lamistius.* Sic Gu. Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Voss. A. B. C: *Lamistias.* — Leid. 2: *Lamoestius.* — Mss. Mag. ut vulg.: *Lamestius.* — Dan. [?]: *Lamystius.* — Ed. Mag. al.: *Laphystius.* — *vadimonium.* Ernst.: *badimonium.* — *Lamistio* Sic Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Gu.: *Lamystio.* — *et cuivis liceret.* Sic Gu. Boecl. Voss. B. C. Ed. Ultr. — Voss. A: *et quis liceret.* — Ax.: *et cujus liceret.* — Vulgo: *ceterisque liceret.* — *speciem libertatis.* Ax. Voss. B: *spem libertatis.* — *experiri.* Voss. C: *experire.*

§. 3. *Idem.* Sic Gu. al. — Ax. Voss. A. Ed. pr. Ultr. Long. al.: *id.* — *Demaenetus.* Gu. Leid. 2: *Demenatus.* — Voss. C: *Demaenatus.* — Ed. Ald. Long. al.: *Demenetus.* — *Lamistii.* Sic Ed. Ultr. — Gu. Gif.: *Lamystii.* — *de rebus gestis.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. C. Leid. 2. — Ed. Ultr. et omnes ante Lamb. *de om.* — *inveheretur.* Voss. A: *inveherentur.* — *damnatum.* Sic Gu. Gif. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. Lamb. — Mendose. Leid. 2. Voss. A. C. Oxon. Ed. Long. Ald. al.: *compotem.* — *namque hoc.* Sic Gu. Gif. Ax. Ed.

in Timoleonta, dixit nunc demum se voti esse damnatum: namque hoc a diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restitueret Syracusanis, in qua cuivis
4 liceret de quo vellet impune dicere. Hic cum diem supremum obiisset, publice a Syracusanis in gymnasio, quod Timoleonteum appellatur, tota celebrante Sicilia sepultus est.

A. Ch. n. 337.

XXI. DE REGIBUS.

Argumentum.

Cap. I. *Spartani reges, nomine tales, non potestate. Excellentissimi Persarum reges.* II. *Macedonum reges clariores. Unus rex Siciliae vere illustris.* III. *Reges ex Alexandri amicis.*

1 Cap. I. Hi fere fuerunt Graeciae gentis duces, qui memoria digni videantur, praeter *Reges*. Namque eos attingere noluimus, quod omnium res gestae separatim sunt relatae. Neque tamen hi admodum sunt multi.
2 Lacedaemonius autem Agesilaus nomine, non potestate fuit rex, sicut ceteri Spartani. Ex his vero, qui domina-

---

Ultr. — Ed. Long. Lamb. al.: *namque haec.* — *restitueret.* Sic Gu. Ax. Voss. B. C. Leid. 2. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *restituerent* scr. — *liceret.* Voss. C. om.

§. 4. *supremum.* Ed. Ultr. om. — *obisset.* Sic Gu. — Vulgo: *obiisset.* — *Timoleonteum.* Ed. Ultr. Ald. Lamb.: *Timoleontium.*

De Regibus.

Cap. I.

§. 1. *Hi fere etc.* Haec verba in omnibus Codd. et Edd. ante Lamb. cum Timoleontis vita contexta leguntur verbis *de Regibus* omissis. — *Graeciae.* Sic Gu. Voss. A. B. C. Leid. 2. — Boecl. Ax. Thott. Ed. Ultr.: *Graecae.* — *videantur.* Sic Gu. Ed. pr. Ald. Lamb. — Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr.: *videbantur.* — Leid. 2: *viderentur.* — *attingere.* Mendos.: *adjungere.* — Gu.: *Hii admodum.* — Ed. Ultr.: *ii admodum.*

§. 2. *sicut.* Sic Gu. Ax. Edd. vett. ante Bos., qui nulla auctoritate *sicuti* scr. — *dominatum imperio.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Voss. C: *dominatum imperium.* — Ed.

tum imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt (ut nos judicamus), Persarum Cyrus et Darius, Hystaspi filius: quorum uterque privatus virtute regnum est adeptus. Prior horum apud Massagetas in proelio cecidit. Darius A. Ch. n. 530.
senectute diem obiit supremum. Tres sunt praeterea 3
ejusdem generis: Xerxes et duo Artaxerxes, Macrochir et Mnemon. Xerxi maxime et illustre, quod maximis post hominum memoriam exercitibus terra marique bellum intulit Graeciae. A. Ch. n. 496.
At Macrochir praecipuam habet laudem 4
amplissimae pulcerrimaeque corporis formae, quam incredibili ornavit virtute belli. Namque illo Perses nemo manu fuit fortior. Mnemon autem justitiae fama floruit. Nam cum matris suae scelere amisisset uxorem, tantum indulsit dolori, ut eum pietas vinceret. Ex his duo eo- 5
dem nomine morbo naturae debitum reddiderunt: tertius ab Artabano praefecto ferro interemtus est.

Ald.: *orbem domitum imperio.* — *excellentissimi.* Leid. 2: *excellentissimum.* — *Darius.* Ed. Ultr. utroq. loc.: *Dareus.* — *Hystaspi.* Leid. 2: *Ystaspi.* — Gu.: *Hystapsi.* — Ax.: *Hyrptasi.* — Voss. A: *Hirtapsi.* — Voss. C: *irtapsi.* — Ed. pr. Par.: *Histaspi.* — Ald. Lamb.: *Histaspis.* — Ed. Ultr.: *Hystaspis.* — *cecidit.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Mendos. Voss. A. B. C: *occidit.*

§. 3. *ejusdem generis.* Ax.: *ejus generis.* — *Xerxes.* Ax. Voss. A. C. Leid. 2: *Xerses.* — *Artaxerxes.* Gu.: *Artaxerxe.* — Ax.: *Artaxerse.* — Voss. A. C. Leid. 2: *Artaxerses.* — Ed. pr.: *Artaxerxae.* — *Macrochir.* Ax. utroq. loc.: *Macrodne.* — Voss. B: *Machrodne.* — *et.* Sic Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Gu. Leid. 2. Voss. A. Ed. Ald. Long. al.: *quoque et.* — *Mnemon.* Leid. 2: *Memion.* — Voss. B: *Memno.* — Voss. C: *Memnon.* — *quod maximis.* Ax. *quod* om.

§. 4. *habet.* Voss. A: *haberet.* — *Perses nemo.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. C. Mendos. Leid. 2. Ed. Ultr. — Edd. ante Stav.: *Persarum nemo.* — *manu fuit fortior.* Sic Gu. — Ax.: *manu fuit ferocior.* — Etiam Voss. B: *ferocior.* — *indulsit.* Ax. Voss. B: *indulxit.*

§. 5. *Artabano.* Voss. A: *Arthabano.* — Ax. Voss. B: *Arthebano.* — *interemtus est.* Sic Gu. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. al.: *interfectus est.*

1 Cap. II. Ex Macedonum autem gente duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria, Philippus,
A. Ch. n. 324. Amyntae filius, et Alexander Magnus. Horum alter Babylone morbo consumptus est, Philippus Aegis a Pausania, cum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus
2 est. Unus Epirotes, Pyrrhus, qui cum populo Romano
A. Ch. n. 336. bellavit. Is cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interiit. Unus item Siculus, Dionysius prior. Nam et manu fortis et belli peritus fuit et, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius denique rei cupidus, nisi singularis perpetuique imperii ob eamque rem crudelis. Nam dum id studuit munire, nullius pe-
3 percit vitae, quem ejus insidiatorem putaret. Hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate; major enim annos sexaginta natus decessit florente regno. Neque in tam multis annis cujusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex tribus uxoribus liberos procreasset multique ei nati essent nepotes.

1 Cap. III. Fuerunt praeterea magni reges ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum ejus imperia ceperunt;

Cap. II.

§. 1. *gente.* Sic Gu. Ax. Mendos. Voss. A. B. Leid. 2. Ed. Ultr. — Vulgo: *genere.* — *consumtus est.* Sic Gu. Ax. Edd. omnes ante Heusing. — Boecl. Voss. B. *est* om. — *Aegis.* Gu. Voss. A: *Aegys.* — Leid. 2: *Egys.* — Ax. Voss. B: *Thebis.*

§. 2. *Peloponneso.* Leid. 2. Voss. A. C: *Peloponenso.* — Voss. B: *Peloponnesso.* — *Unus item.* Ald. Par. 1. *item* om. — *in tyranno non facile.* Ax.: *non facile in tyranno.* — *nullius denique rei cupidus.* Sic Gu. Ax. — Vulgo: *nullius rei denique cupidus.*

§. 3. *major enim annos sexaginta natus.* Sic Gu. — Ax. Sav. Gif. Put. Leid. 2. Boecl.: *majorque enim annos sexaginta natus.* — Omnino omnes Codd.: *natus* et *annos* confirmant praeter Voss. C., qui *annus* habet. — Lamb.: *majorque annis sexaginta natu.* — Ed. Ultr. ut vulgo: *majorque annos sexaginta natus.*

Cap. III.

§. 1. *magni reges.* Sic Gu. Mendos. Boecl. Ax. Leid. 1. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Voss. B. Ed. pr. Ald. Bong. Lamb. al.: *multi reges.* — *Alexandri Magni.* Ax. Voss. B. *Magni* om. — *hujus filius.* Boecl. Ax.: *ejus filius.*

in his Antigonus et hujus filius Demetrius, Lysimachus,
Seleucus, Ptolemaeus. Ex his Antigonus in proelio cum 2
adversus Seleucum et Lysimachum dimicaret occisus est. A. Ch. n. 301.
Pari leto affectus est Lysimachus ab Seleuco. Namque A. Ch. n. 281.
societate dissoluta bellum inter se gesserunt. At Deme- 3
trius, cum filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset
neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuisset, A. Ch. n. 286.
captus bello in custodia socer generi periit morbo. Ne- 4
que ita multo post Seleucus a Ptolemaeo Cerauno dolo A. Ch. n. 280.
interfectus est, quem ille a patre expulsum Alexandrea
alienarum opum indigentem receperat. Ipse autem Pto-
lemaeus, cum vivus filio regnum tradidisset, ab illo eo- A. Ch. n. 279.
dem vita privatus dicitur. De quibus quoniam satis di- 5
ctum putamus, non incommodum videtur non praeterire
Hamilcarem et Hannibalem, quos et animi magnitudine
et calliditate omnes in Africa natos praestitisse constat.

---

§. 2. *Ex his Antigonus etc.* Sic Gu. Ax. — Etiam Voss. A. C: *et Lysimachum.* — Leid. 1. *in proelio* om. — Ed. Ultr.: *Ex his Antigonus in proelio cum adversus Seleucum Lysimachumque dimicaret, occisus est.* — Vulgo: *Ex his Antigonus, cum adversus Seleucum Lysimachumque dimicaret, in proelio occisus est.* — *ab Seleuco.* Sic Gu. Ax. Voss. B. — Vulgo: *a Seleuco.* — *namque.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *nam.*

§. 3. *eo magis.* Voss. C: *eos magis.* — *a morbo.* Sic Gu. Ax. Voss. B. — Vulgo *a* om.

§. 4. *Seleucus.* Voss. B: *Seleuchus.* — *interfectus est.* Voss. A. Leid. 2. *est* om. — *Alexandrea.* Sic Gu. Gif. Voss. A. Ed. Ultr. — Ax. et cett. Edd. ante Bos.: *Alexandria.* — *alienarum.* Ax.: *aliorum.* — *Ptolemaeus.* Ax. Leid. 2. Voss. A. B: *Ptolomaeus.* — Voss. C: *Phtolmaeus.*

§. 5. *Hamilcarem et Hannibalem.* Voss. A: *Amilcarem et Anibalem.* — Ed. Ultr.: *Amilcarem et Annibalem,* ubique. — Voss. C: *quos cum magnitudine.* — Ax.: *et magnitudine animi.*

XXII. HAMILCAR.

Argumentum.

Cap. I. *Erycem defendit. Pacem constantia sua patriae conciliat.* II. *Remotis a Carthagine militibus mercenariis otium toti Africae restituit.* III. *Filium suum Hannibalem secum in Hispaniam ducit. Hasdrubal ejus gener et in imperio successor.* IV. *In Hispania proelio adversus Vettones cadit.*

1 Cap. I. *Hamilcar* Hannibalis filius cognomine Barcas,
A. U. c. 489. Carthaginiensis primo Poenico bello, sed temporibus extremis admodum adolescentulus in Sicilia praeesse
2 coepit exercitui. Cum ante ejus adventum et mari et
A. U. c. 504. terra male res gererentur Carthaginiensium, ipse ubi adfuit numquam hosti cessit neque locum nocendi dedit saepeque e contrario occasione data lacessivit semperque superior discessit. Quo facto cum paene omnia in Sicilia Poeni amisissent, ille Erycem sic defendit, ut bel-
3 lum eo loco gestum non videretur. Interim Carthagi-
A. U. c. 510. nienses classe apud insulas Aegatis a Cajo Lutatio Con-

---

Hamilcar.

Cap. I.

§. 1. *Hamilcar.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. C. — Voss. A. B: *Amilcar.* — *Hannibalis.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. C. — Voss. A. B: *Anybalis.* — *Barcas.* Gu. Boecl. Ax. Ox. Ed. Ultr.: *Barcha.* — Voss. A: *Barchas.* — Voss. C: *Bartha.* — *Carthaginiensis.* Sic Gu. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ax. Voss. A. B: *Carthaginensis.* — Voss. C: *Karthaginensis.* — *Poenico.* Sic Dan. Gu. Gif. — Voss. A: *Povenico.* — Voss. C: *Penico.* — Ax. Voss. B. Thott. Ed. Ultr. et vett. ante Bos.: *Punico.* — *praeesse.* Leid. 2: *post.*

§. 2. *ante ejus adventum.* Gu.: *autem ejus adventum.* — Ax.: *autem ejus adventu.* — Voss. B: *cum ejus adventu.* — Boecl.: *aut* (autem) *ejus adventu.* — *et mari et terra.* Voss. C: *et marique terra.* — *ipse ubi adfuit.* Sic Gu. Ultr. Ed. Long. al. — Ax.: *ubi ipse fuit.* — Voss. B: *ipse ubi fuit.* — Voss. A: *ipse tibi adfuit.* — Thott.: *ubi ipse affuit.* — *nocendi.* Ax.: *nostris.* — *saepeque.* Ed. Ultr. *que* om. — *e contrario.* Sic Codd. et Edd. — Lamb. *hostem* addit. — *semperque.* Voss. B. *que* om.

§. 3. *Aegatis.* Sic Voss. C. Ed. pr. Long. al. — Gu. Ax.:

sule Romanorum superati statuerunt belli facere finem eamque rem arbitrio permiserunt Hamilcaris. Ille etsi 4
flagrabat bellandi cupiditate, tamen paci serviundum putavit, quod patriam exhaustam sumtibus diutius calamitates belli ferre non posse intelligebat, sed ita, ut statim mente agitaret, si paullum modo res essent refectae, bellum renovare, Romanosque armis persequi, donicum aut virtute vicissent aut victi manus dedissent. Hoc con- 5
silio pacem conciliavit, in qua tanta fuit ferocia, cum Catulus negaret bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerunt, armis relictis Sicilia decederent, 6
ut succumbente patria ipse periturum se potius dixerit,

Egatis. — Ed. Ultr.: *Aegateis.* — *C. Lutatio.* Sic Leid. 2. Voss. C. Ed. Ultr. — Gu.: *a. g. Lutatio.* — Ax. Voss. A. B. Ed. pr. Long. al.: *C. Luctatio.* — *belli facere finem.* Sic Gu. Thott. — Sic etiam Ax., in quo scr.: *facere belli finem*, sed verbo *belli* lineolis additis locus ante *facere* assignatur. — Ed. Ultr. ut vulg.: *belli finem facere.*

§. 4. *bellandi cupiditate.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ox. Ed. Ultr. et cett. praeter Ed. Steph. Gebh. Keuch., in quibus est *belli cupiditate.* — *tamen.* Voss. C. om. — *serviundum.* Sic Gu. — Vulg.: *serviendum.* — *calamitates.* Sic Gu. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Edd. ante Boecl.: *calamitatem.* — *paullum.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Ed. Ultr. — Ed. Mag. al.: *paullulum.* — *renovare.* Ax. Ox.: *revocare.* — *donicum aut.* Sic Gu. Gif. Bavv. Mendos Boecl. — Ax. Bav. 2. Ed. Ultr. et vett.: *donec aut.* — Leid. 2. *donicum aut* om., et cum Voss. A. habet: *ut certe vicissent.* — Mendos. Bav. 1: *donicum aut ut certe vicissent.* — Ax. Voss. B. C. Ed. Ultr. et Edd. ante Lamb.: *donec aut certe vicissent* [Ax.: *vicisset*]. — Gu.: *donicum aut ut rte incisent.* — Lamb. ex conj.: *donec aut virtute vicissent.* — Hand. Turs. T. II. p. 18. conj.: *donec vi aut arte vicissent.* — *manus dedissent.* Sic Gu. Gif. Sav. Boecl. Mendos. Ax. Leid. 2. Voss. A. C. — Ed. Ultr. et cett. ante Savar.: *manum dedissent.*

§. 5. *in qua.* Ed. Ultr.: *in quo.* — *cum Catulus.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. C. — Edd. vett. ante Heusing.: *ut cum Catulus* et particula *ut* ante *succumbente* om. — *bellum compositurum.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. C. et omnes Edd. — Lamb.: *se bellum compositurum.*

§. 6. *ut succumbente.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. C. —

quam cum tanto flagitio domum rediret. Non enim suae
5 esse virtutis, arma a patria accepta adversus hostis adversariis tradere. Hujus pertinaciae cessit Catulus.

1 Cap. II. At ille ut Carthaginem venit, multo aliter ac speraret, rem publicam se habentem cognovit. Namque diuturnitate externi mali tantum exarsit intestinum bellum, ut numquam pari periculo fuerit Carthago nisi
2 cum deleta est. Primo mercenarii milites, qui adversus
A. U. c. 512. Romanos fuerant, desciverunt, quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt Africam, ipsam Car-
3 thaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo sunt Poeni perterriti, ut etiam auxilia ab Romanis petiverint, eaque impetrarint. Sed extremo cum prope jam ad desperationem pervenissent, Hamilcarem imperatorem fecerunt.
4 Is non solum hostis a muris Carthaginis removit, cum amplius centum millia facta essent armatorum, sed etiam eo compulit, ut locorum angustiis clausi plures fame,

---

Edd. ante Heusing. *ut* om. — *tenuerunt.* Sic videntur habere codd. — Lamb. al.: *tenuerint.* — *rediret.* Voss. A: *redierit.* — Leid. 2: *redierit.* — *esse virtutis.* Ed. Ald. Long. al.: *esset.* — *hostis.* Sic Gu. Ax. Ed. Long. al. — Vulgo: *hostes.* — *tradere.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Mendos. Voss. A. C: *reddere.* — *pertinaciae.* Ax.: *pertinacia.* — *Catulus.* Boecl. Ax. Voss. B. om.

Cap. II.

§. 1. *sperarat.* Sic Ed. Ultr. — Gu.: *speraret.* — Thott.: *speraverat.* — *pari periculo.* Sic Gu. Ax. Bavv. al. Edd. — Ernst.: *in pari periculo.* — Ed. Lamb. invito ipso Lamb.: *pari in periculo.* — Leid. 2: *tali periculo.* — *deleta.* Sic Gu. Ax. Voss. B. al. Ed. Ultr. — Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Ald.: *deserta.*

§. 3. *etiam auxilia.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Long. Lamb. al.: *auxilia etiam.* — *ab Romanis.* Sic Gu. Boecl. Voss. A. C. — Vulgo: *a Romanis.* — *petiverint.* Boecl. Ax.: *petierint.* — *eaque.* Voss. C. *que* om. — *impetrarint.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. C. — Ed. Mag. Steph.: *impetraverint.* — Ed. Ultr. verba *eaque impetrarint* om. — *pervenissent.* Ax.: *pervenisset.*

§. 4. *hostis.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Leid. 2. — Thott.: *hostem.* — Vulgo: *hostes.* — *centum millia.* Ax. Voss. B: *centum mil-*

quam ferro interirent. Omnia oppida abalienata, in his Uticam atque Hipponem, valentissima totius Africae, restituit patriae. Neque eo fuit contentus, sed etiam finis 5
imperii propagavit, tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse.

Cap. III. Rebus his ex sententia peractis fidenti 1
animo atque infesto Romanis, quo facilius caussam bel- A. U. c. 516.
landi reperiret, effecit, ut imperator cum exercitu in Hispaniam mitteretur, eoque secum duxit filium Hannibalem annorum novem. Erat praeterea cum eo adolescens il- 2
lustris, formosus Hasdrubal, quem nonnulli diligi turpius quam par erat ab Hamilcare loquebantur. Non enim maledici tanto viro deesse poterant. Quo factum est, ut a praefecto morum Hasdrubal cum eo vetaretur esse. Huic ille filiam suam in matrimonium dedit, quod moribus eorum non poterat interdici socer genero. De hoc 3
ideo mentionem fecimus, quod Hamilcare occiso ille A. U. c. 525.
exercitui praefuit resque magnas gessit et princeps lar-

---

libus. — *abalienata.* Sic Gu. Ax. Boecl. Sav. Gif. Put. Voss. A. B. — Leid. 2. Voss. C. Ed. Ultr. Ald. Lamb. al.: *alienata.* — *in his.* Voss. A: *in iis.* — *valentissima.* Leid. 1: *validissima*; cett. codd. *valentissima.*

§. 5. *finis.* Sic Gu. Ax. Voss. B. — Vulgo: *fines.* — *propagavit.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Ed. Ald. al.: *prorogavit.* — *multis annis.* Ed. Ultr.: *annis multis.*

Cap. III.

§. 1. *Rebus his.* Voss. A: *rebus iis.* — *caussam bellandi reperiret.* Sic Gu. Ax. Boecl. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Ed. Long. Mag. al.: *caussa belli reperiretur.* — *in Hispaniam.* Sic Gu. Sav. Gif. Put. Boecl. Leid. 2. Voss. B. C. Ed. Ultr. — Voss. A. Ed. Lamb. *in* om.

§. 2. *formosus.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Ed. Par. Ald. Lamb. al.: *et formosus.* — *Hasdrubal.* Sic Gu. Ax. — Ed. Ultr.: *Asdrubal.* — *nonnulli.* Voss. C: *nonnulla.* — *loquebantur.* Voss. C: *loquebatur.* — *socer genero.* Sic Leid. 1. — Boecl. Ax. Voss. B: *socer a genero.* — Gu. Ed. Ultr.: *socero genero.* — Leid. 2. Voss. A. C. ut vulg.: *socero gener.*

§. 3. *fecimus.* Voss. A: *facimus.* — *princeps largitione.* Boecl.: *principes largitiones.* — Voss. B: *princeps largitiones.* — *pervertit.*

gitione vetustos pervertit mores Carthaginiensium ejus-
A. U. c. 533. demque post mortem Hannibal ab exercitu accepit imperium.

1 Cap. IV. At Hamilcar posteaquam mare transiit in Hispaniamque venit, magnas res secunda gessit fortuna, maximas bellicosissimasque gentes subegit, equis, armis,
2 viris, pecunia totam locupletavit Africam. Hic cum in
A. U. c. 523. Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno postquam in Hispaniam venerat, in proelio pugnans adversus Vet-
3 tones occisus est. Hujus perpetuum odium erga Romanos maxime concitasse videtur secundum bellum Poenicum. Namque Hannibal filius ejus assiduis patris obtestationibus eo est perductus, ut interire quam Romanos non experiri mallet.

Sic Ed. Ultr. et cett. — Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. B. C: *praevertit.*

Cap. IV.

§. 1. *posteaquam.* Ax.: *postquam.* — *Hamilcar.* Leid. 2: *Hamilcare.*

§. 2. *in Italiam.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Al. ap. Lamb.: *Italiae.* — *Vettones.* Sic Ed. Ultr. — Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. C: *Veteones.* — Leid. 2: *Vetrones.* — Edd. vett.: *Vectones.*

§. 3. *Poenicum.* Sic Dan. Gu. Gif. — Ax. Ed. Ultr. al.: *Punicum.* — *quam Romanos non.* Ed. Ald. Par. Lamb.: *quam non Romanos.*

XXIII. HANNIBAL.

Argumentum.

Cap. I. *Omnibus ducibus major invidia debilitatur.* II. *Capitalis Romanorum hostis.* III. *Imperator Hispaniam subigit. Saguntum expugnat. Per Alpes in Italiam transit.* IV. *Saepius feliciter pugnat in Italia.* V. *Reliquae res ab eo in Italia gestae.* VI. *Revocatus patriam defensum a Scipione vincitur.* VII. *Domo ad Antiochum profugit.* VIII. *Suos cives frustra ad bellum inducere tentat. Rhodiorum victor.* IX. *Cretensium avaritiam deludit.* X. *Regem Ponti armat adversus Romanos.* XI. *Dolo pugnat adversus Eumenem.* XII. *Ne tradatur Romanis, veneno hausto mori mavult.* XIII. *Ejus litterarum amor.*

Cap. I. *Hannibal* Hamilcaris filius Carthaginiensis. 1
Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit, non est infitiandum Hannibalem tanto praestitisse ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes. Nam quotiescumque cum eo congressus est 2
in Italia, semper discessit superior. Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset, Romanos videretur superare potuisse. Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem. Hic autem velut hereditate relictum odium 3
paternum erga Romanos sic conservavit, ut prius animam quam id deposuerit: qui quidem cum patria pulsus esset

---

Hannibal.

Cap. I.

§. 1. *Carthaginiensis.* Leid. 2. om. — *verum est.* Voss. B. *est* om. — Boecl. Ax.: *verum et.* — *tanto praestitisse.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Edd. vett. — Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Par. Ald. *tanto* om. — *antecedat.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr. Long. al.: *antecedebat.*

§. 2. *quotiescunque.* Gu. Ax. Voss. A. B. C: *quotienscumque.* — *congressus.* Voss. C: *aggressus.* — Ax. Voss. B. *est* om. — *videretur.* Sic Gu. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr. et cett. ante Bos.: *videtur.* — *devicit unius.* Ax.: *unius devicit;* non male.

§. 3. *Hic autem.* Leid. 2: *Hinc autem.* — *conservavit.* Sic Gu. Ax. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Edd. al.: *confirmavit.* — *cum patria.* Voss. B: *cum primo patria.*

et alienarum opum indigeret, numquam destiterit animo bellare cum Romanis.

1 Cap. II. Nam ut omittam Philippum, quem absens hostem reddidit Romanis, omnium iis temporibus potentissimus rex Antiochus fuit. Hunc tanta cupiditate incendit bellandi, ut usque a rubro mari arma conatus sit

A. U. c. 560.

2 inferre Italiae. Ad quem cum legati venissent Romani, qui de ejus voluntate explorarent darentque operam consiliis clandestinis, ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent tamquam ab ipsis corruptum alia atque antea sentire, neque id frustra fecissent idque Hannibal comperisset seque ab interioribus consiliis segregari vidisset, tempore dato adiit ad regem, eique cum multa de fide sua et odio in Romanos commemorasset, hoc

3 adjunxit: Pater meus, inquit, Hamilcar, puerulo me utpote non amplius novem annos nato in Hispaniam imperator proficiscens Carthagine Jovi Optimo Maximo hostias

4 immolavit. Quae divina res dum conficiebatur, quaesivit a me, vellemne secum in castra proficisci. Id cum libenter accepissem atque ab eo petere coepissem, ne dubitaret ducere, tum ille, faciam, inquit, si fidem mihi,

---

Cap. II.

§. 1. *omittam.* Voss. C: *obmittam.* — Ax. *absens* et *Romanis* om. — *omnium.* Voss. C: *omnibus.* — *his temporibus.* Ed. Ultr. in Errat. emend.: *iis temporibus.*

§. 2. *de ejus voluntate.* Boecl. Voss. B. *de* om. — *idque Hannibal.* Boecl. Ax.: *nisi id cum Hannibal.* — *interioribus.* Voss. A: *inferioribus.* — *adiit ad regem.* Sic Gu. Sav. Gif. Put. Boecl. Ax. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Leid. 2. Cett. Edd.: *adiit regem.* — *odio.* Mendos. Voss. C: *odium.*

§. 3. *Pater meus, inquit, Hamilcar.* Sic Gu. Ax. [*inquam*]. — Vulgo: *Pater, inquit, meus Hamilcar.* — *puerulo me.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Edd. vett. *me* om. — Leid. 1: *pu me.* — *optimo maximo.* Ax. Voss. B: *optimo et maximo.* — *hostias.* Leid. 2: *hostiam.*

§. 4. *quae divina res.* Leid. 2: *qui divina re.* — *fidem mihi.* Ax.: *mihi fidem.* — Gu. *fidem* om. — *Simul me.* Sic Gu. Leid. Boecl. Voss. B. Ed. Ultr. — Voss. C. et Edd. vett.: *simulque.* — Ax. Leid. 2. Voss. A: *simul ad aram.* — *instituerat.* Voss. C: *instuterat.*

quam postulo, dederis. Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat, eamque ceteris remotis tenentem jurare jussit numquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego jus jurandum patri datum usque ad 5
hanc aetatem ita conservavi, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus.
Quare si quid amice de Romanis cogitabis, non impru- 6
denter feceris, si me celaris. Cum quidem bellum parabis, te ipsum frustraberis, si non me in eo principem posueris.

Cap. III. Hac igitur qua diximus aetate cum patre 1
in Hispaniam profectus est, cujus post obitum Hasdrubale imperatore suffecto equitatui omni praefuit. Hoc A. U. c. 531.
quoque interfecto exercitus summam imperii ad eum detulit. Id Carthaginem delatum publice comprobatum est.
Sic Hannibal minor quinque et viginti annis natus impe- 2
rator factus proximo triennio omnes gentes Hispaniae bello subegit: Saguntum foederatam civitatem vi expugnavit, tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum 3
in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hi-

---

§. 5. *ad hanc aetatem*. Sic Gu. Leid. 1. 2. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Voss. A. C. Edd. vett.: *ad hanc diem*. — *conservavi*. Sic Gu. Leid. 1. 2. Boecl. Ax. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. et omnes ante Boecl., qui *servari* habet. — *sim futurus*. Ax. Voss. B: *sum futurus*.

§. 6. *non imprudenter*. Boecl. Ax. Voss. B. *non* om. — *cum quidem*. Voss. C: *quam quidem*.

Cap. III.

§. 1. *Hac igitur*. Leid. 1: *Hac ergo*. — *qua diximus*. Sic Gu. Leid. 1. Boecl. Ax. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Edd. vett. *qua diximus* om. — *equitatui omni*. Gu. Leid. 2: *equitatui omnium*. — Voss. C. verba: *suffecto equitatui omni praefuit. Hoc quoque* om., et *interfectus* pro *interfecto* habet. — *Id Carthaginem etc.* In ora Ms. Ernst. ex alio vet cod.: *Id Carthaginem delatum nemine contradicente publice comprobatum est.*

§. 2. *minor quinque et viginti annis natus*. Sic omnes codd. et vett. Edd. — Lamb. *natu* scr. — Ed. Ultr. *natus* om. — *vi expugnavit*. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C: *ut expugnavit*.

§. 3. *in Hispania*. Voss. C: *in Hispaniam*. — *saltum*. Voss. C. om. — *neminem nisi victum*. Leid. 1: *neminem non victum*.

spania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum
Pyrenaeum transiit. Quacumque iter fecit, cum omnibus
4 incolis conflixit; neminem nisi victum dimisit. Ad Alpes
A. U. c. 535. posteaquam venit, quae Italiam ab Gallia sejungunt, quas
nemo umquam cum exercitu ante eum praeter Herculem
Grajum transierat: (quo facto is hodie saltus Grajus ap-
pellatur;) Alpicos conantes prohibere transitu concidit,
loca patefecit, itinera muniit, effecit ut ea elephantus or-
natus ire posset, qua antea unus homo inermis vix po-
terat repere. Hac copias traduxit in Italiamque pervenit.

1 Cap. IV. Conflixerat apud Rhodanum cum P. Cor-
A. U. c. 533. nelio Scipione Consule eumque pepulerat. Cum hoc
A. U. c. 535. eodem Clastidio apud Padum decernit sauciumque inde
2 ac fugatum dimittit. Tertio idem Scipio cum collega
A. U. c. 533. Tiberio Longo apud Trebiam adversus eum venit. Cum
his manum conseruit utrosque profligavit. Inde per Li-

---

§. 4. *ab Gallia.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. C. Edd. omnes ante Boecl., qui *a Gallia* edidit. — *saltus Grajus.* Leid. 2: *saltus Grajum.* — *transitu.* Sic Gu. Boecl. Ax. Mendos. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Edd. ante Boecl.: *transitum.* — *muniit.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. Long. Lamb. al. — Ed. Harl.: *munivit.* — *effecit.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr. et cett.: *effecitque.* — *ornatus.* Sic Dan. Gu. Gif. Boecl. Ed. Ultr. Lamb. — Mendos. Ax. Voss. B. Edd. cett.: *oneratus.* — Voss. A. C: *honeratus.* — *inermis.* Boecl. Ax. Voss. B. om.

Cap. IV.

§. 1. *Clastidio.* Sic Leid. 2. Voss. B. Edd. vett. — Gu. Voss. A: *Clastidia.* — Voss. C: *Cladistia.* — Lamb. ex. Puteani conj.: *de Clastidio.* — Ed. Ultr.: *Clastidii.* — *decernit.* Voss. C: *decrevit.* — *sauciumque.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Ed. Ultr. — Voss. B. *que* om. — *ac fugatum.* Sic Gu. Voss. A. Ed. Ultr. — Ax. Voss. B. *ac* om.

§. 2. *collega.* Voss. C: *collegio.* — *Tiberio.* Sic Gu. Mag. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Ald. Mag.: *Tito.* — *apud Trebiam.* Sic Gu. Sav. Gif. Put. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Edd. omnes ante Lamb., qui *ad Trebiam* dedit. — *utrosque.* Sic Codd. et Edd. ante Lamb., qui *utrumque* scr. — *transiit.* Sic Gu. Ax. Ed. pr. Ultr. Long. — Ed. Lamb. Boecl. al.: *transit.* — *Etruriam.* Ax. Ed. Ultr.: *Hetruriam.*

gures Apenninum transiit petens Etruriam. Hoc itinere 3
adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea numquam dextero aeque bene usus sit. Qua valetudine cum etiam num premeretur lecticaque ferretur, C. Flaminium Consulem apud Trasimenum cum exercitu insidiis circumventum occidit, neque multo post C. Centenium praetorem cum delecta manu saltus occupantem. Hinc in 4
Apuliam pervenit. Ibi obviam ei venerunt duo Consules C. Terentius et L. Aemilius. Utriusque exercitus uno proelio fugavit, Paullum Consulem occidit et aliquot praeterea Consulares, in his Cn. Servilium Geminum, qui superiore anno fuerat Consul.

A. U. c. 534.

A. U. c. 537.

Cap. V. Hac pugna pugnata Romam profectus est 1
nullo resistente. In propinquis urbis montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset et reverteretur Capuam, Q. Fabius Maximus dictator Romanus in

---

§. 3. *dextero.* Leid. 2. om. — Ax. Ed. Ald. Lamb. al.: *dextro.* — *valetudine.* Boecl. Ax. Ed. Ultr.: *valitudine.* — *etiamnum.* Sic Gu. Ed. Ultr. — Boecl. Ax. Voss. B: *etiam nunc.* — Leid. 2. Voss. A. Ed. pr. Arg. Long. Mag. al.: *etiam tum.* — Voss. C: *etiam tunc.* — Par. Ald. Lamb.: *cum etiam,* partic. *num* om. — Boecl. *tum* pro *cum;* et Voss. C. *quam.* — *Trasimenum.* Leid. 2. Voss. B. C: *Transimenum.* — *praetorem.* Sic Gu. Ax. Leid. Voss. A. B. C. et omnes Edd. ante Bos. — Ernst.: *propraetorem.*

§. 4. *Terentius.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. C. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *Terentius Varro* scr. — *L. Aemilius.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Ultr. et omnes ante Lamb., qui *L. Paullus Aemilius* dedit, quod in Voss. B. quoque esse Stav. dicit. — *utriusque.* Boecl. Ax.: *et utriusque.* — *Paullum.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. et cett. ante Lamb., qui *L. Paullum* scr. — *in his.* Voss. A: *in iis.* — Leid. 2: *in is.* — *Cn. Servilium.* Sic Mendos. — Gu. Ax. Leid. 2. Voss. B. C. Ed. Ultr. al.: *P. Servilium.* — *Geminum.* Sic Gu. Mendos. Ax. Ed. Ultr. — Voss. B: *Geminium.* — *superiore anno.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr. cum cett.: *anno superiore.*

Cap. V.

§. 1. *profectus est.* Sic Codd. et Edd. ante Bos., qui *est* om. — *reverteretur Capuam.* Ed. Ultr.: *Capuam reverteretur.* — *ei se.* Sic Gu. Ed. pr. Par. Ald. Ultr. Lamb. — Vulgo: *se ei.*

1 Cap. VII. Cum in apparando acerrime esset occu-
A. U. c. 550. patus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihilo secius exercitui postea praefuit resque in Africa gessit itemque Mago, frater ejus, usque ad
2 Publium Sulpicium et Cajum Aurelium Consules. His enim magistratibus legati Carthaginienses Romam venerunt, qui senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum iis pacem fecissent, ob eamque rem corona aurea eos donarent simulque peterent, ut obsides eorum
3 Fregellis essent capitivique redderentur. His ex senatus consulto responsum est: Munus eorum gratum acceptumque esse, obsides quo loco rogarent futuros, captivos non remissuros, quod Hannibalem, cujus opera susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano, etiam nunc cum imperio apud exercitum haberent itemque fra-
4 trem ejus Magonem. Hoc responso Carthaginienses co-
A. U. c. 552. gnito Hannibalem domum et Magonem revocarunt. Huc
A. U. c. 554. ut rediit, praetor factus est, postquam rex fuerat anno secundo et vigesimo. Ut enim Romae Consules, sic Car-
5 thagine quotannis annui bini reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal praebuit ac fuerat in bello. Namque effecit ex novis vectigalibus non so-

---

Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. et cett. — Lamb. conj.: *dilectibus.*

Cap. VII.

§. 1. *itemque Mago frater ejus.* Sic omnes codd. et Edd.; Bosius tamen haec verba ut spuria uncis inclus. — *usque ad.* Voss. C. *ad* om. — *et C. Aurelium.* Sic Ax. Ed. Ultr. — Gu. Leid. 2. Ed. pr. Ald. Lamb. al. *et* om.

§. 2. *qui senatui.* Voss. B. *qui* om. — *cum iis.* Sic Voss. A. B. C. — Vulgo: *cum his.* — *Fregellis.* Voss. A: *Flagellis.*

§. 3. *etiamnunc.* Sic Gu. Leid. 2. — Ed. Ultr.: *etiamnum.* — Edd.: *et nunc.*

§. 4. *et Magonem.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *Magonemque.* — *Huc ut rediit.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Ax. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Boecl. Voss. B: *Hic cum rediit.* — Vulgo: *Hic ut rediit.* — *rex.* Voss. C: *factus.* — *annui.* Ed. Ultr. om.

§. 5. *reponeretur.* Sic Gu. Leid. 1. Ax. Voss. B. C. Ed. Ultr. — Leid. 2. Voss. A. Edd. vett.: *poneretur.*

lum ut esset pecunia, quae Romanis ex foedere penderetur, sed etiam superesset quae in aerario reponeretur.
Deinde anno post praeturam Marco Claudio, Lucio Furio 6
Consulibus Roma legati Carthaginem venerunt. Hos Han- A. U. c. 556.
nibal ratus sui exposcendi gratia missos priusquam his senatus daretur, navem ascendit clam atque in Syriam
ad Antiochum profugit. Hae re palam facta Poeni naves 7
duas, quae eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt: bona ejus publicarunt, domum a fundamentis disjecerunt, ipsum exsulem judicarunt.

Cap. VIII. At Hannibal anno tertio post quam domo 1
profugerat Lucio Cornelio, Quinto Minucio Consulibus A. U. c. 559.
cum quinque navibus Africam accessit in finibus Cyrenaeorum, si forte Carthaginienses ad bellum Antiochi spe fiduciaque inducere posset, cui jam persuaserat, ut
cum exercitibus in Italiam proficisceretur. Huc Magonem 2
fratrem excivit. Id ubi Poeni resciverunt, Magonem eadem, qua fratrem, absentem poena affecerunt. Illi desperatis rebus cum solvissent naves ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis in-

---

§. 6. *Roma legati.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Ax. Voss. B. ut vulgo: *Romani legati.* — *Hos Hannibal etc.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus.* — *ascendit.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Ax. Voss. A. B. C. — Ed. Ultr. et cett.: *conscendit.*

§. 7. *judicarunt.* Sic Ax. [Voss B.?]. — Gu. Leid. 2. Voss. A. Mendos. Ed. Ultr.: *dicarunt.* — Voss. C: *ditarunt.*

Cap. VIII.

§. 1. *postquam.* Voss. C: *posteaquam.* — *domo.* Sic Codd. et Edd. — Ed. Lamb. errore typ.: *domum.* — *Quinto Minucio.* Voss. C: *quod nimico.* — *inducere posset.* Gu. Ax. Boecl. Voss. B. om. — Ed. Long.: *possent.* — *proficisceretur.* Boecl. Voss. B. Ed. Long.: *proficiscerentur.*

§. 2. *absentem.* Sic Gu. Ax. Mendos. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Long. Arg. — Cett. Edd. *absentem* om. — *solvissent.* Voss. C: *solvisset.* — *duplex memoria prodita est.* Boecl. Ax. Voss. B: *Duplex est memoria.* — *a servulis.* Sic Ed. Ultr. — Gu.: *a servolis.* — Boecl. Voss. B: *servolis* praep. *a* om. — Ax.: *servulis* praep. *a* om. — Vulgo: *a servis.*

teritu duplex memoria prodita est. Namque alii naufragio, alii a servulis ipsius interfectum eum scriptum
3 reliquerunt. Antiochus autem, si tam in agendo bello consiliis ejus parere voluisset, quam in suscipiendo instituerat, propius Tiberi, quam Thermopylis de summa imperii dimicasset. Quem etsi multa stulte conari vide-
4 bat, tamen nulla deseruit in re. Praefuit paucis navibus,
A. U. c. 561. quas ex Syria jussus erat in Asiam ducere, hisque adversus Rhodiorum classem in Pamphylio mari conflixit. Quo cum multitudine adversariorum sui superarent, ipse quo cornu rem gessit fuit superior.

1 Cap. IX. Antiocho fugato verens, ne dederetur, quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem, Cretam ad Gortynios venit, ut ibi, quo se conferret, consideraret.
2 Vidit autem vir omnium callidissimus magno se fore periculo, nisi quid providisset propter avaritiam Cretensium. Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua

---

§. 3. *consiliis ejus parere voluisset.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *parere voluisset consiliis ejus.* — *propius Tiberi, quam Thermopylis.* Sic Gu. Ax. — Ed. Ultr. Lamb.: *propius Tiberim et Thermopylas.* — Leid. et Voss. C: *Tiberis.* — *stulte.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Leid. 2. Voss. A. C. Ed. pr. Par.: *stulta.*

§. 4. *hisque.* Boecl. Ax.: *isque.* — *Quo cum.* Sic Codd. et Edd. ante Lamb. — Lamb.: *in quo cum.* — *quo cornu rem.* Sic Gu. Leid. 1. Mendos. Ax. Ed. Ultr. Mag. — Cett. Edd. ante Lamb.: *quo rem gessit.* — Lamb.: *qua rem gessit.*

Cap. IX.

§. 1. *accidisset.* Sic etiam Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Boecl.: *decidisset.* — *Gortynios.* Gu. Ax.: *Cortinios.* — Leid. 2: *Corthinios.* — Voss. A. B. C: *Cortymos.* — *venit.* Ax.: *pervenit.* — *ut ibi quo.* Boecl.: *ut n. ibi quo.* — Voss. B: *ut enim ibi quo.*

§. 2. *callidissimus.* Sic Gu. Gif. Sav. Put. Ax. Ed. Ultr. — Ed. Par. Ald.; *clarissimus.* — Ed. Ultr. *autem* om. — *periculo.* Sic etiam Gu. Bavv. Ax. et omnes ante Lamb., qui *in periculo* scr. — *nisi quid providisset.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Boecl. Ax.: *nisi id providisset.* — Edd. ante Bos.: *nisi quid praevidisset.*

sciebat exisse famam. Itaque capit tale consilium. Am- 3
phoras complures complet plumbo, summas operit auro
et argento. Has praesentibus principibus deponit in tem-
plo Dianae simulans se suas fortunas illorum fidei cre-
dere. His in errorem inductis statuas aeneas, quas se-
cum portabat, omnes sua pecunia complet easque in
propatulo domi abjicit. Gortynii templum magna cura 4
custodiunt non tam a ceteris, quam ab Hannibale, ne
ille inscientibus his tolleret secumque duceret.

Cap. X. Sic conservatis suis rebus Poenus illusis 1
Cretensibus omnibus ad Prusiam in Pontum pervenit.
Apud quem eodem animo fuit erga Italiam neque aliud
quidquam egit quam regem armavit et exercuit adver-
sus Romanos. Quem cum videret domesticis opibus mi- 2
nus esse robustum, conciliabat ceteros reges, adjungebat
bellicosas nationes. Dissidebat ab eo Pergamenus rex
Eumenes Romanis amicissimus bellumque inter eos ge-

---

§. 3. *complures.* Voss. C: *quam plures.* — *complet.* Ax.: *implet.* — *Has praesentibus principibus.* Sic Gu. Ax. Boecl. [*his*] Leid. 1. Voss. C. Ed. Ultr. — Leid. 2. Voss. A: *Has praesentibus deponit etc.* — Edd. vett.: *Has Gortyniis* [*Corthyniis, Corthiniis*] *praesentibus.* — *simulans.* Voss. C. om. — *inductis.* Sic Gu. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Cett. ante Bos.: *ductis.* — *abjicit.* Gu. Ax. Voss. C: *abicit.*

§. 4. *Gortynii.* Voss. B: *Corinthii.* — Ax.: *Cortinii.* — Edd. vett. partim *Cortynii,* partim *Corthynii.* — *ne ille.* Sic Gu. Mendos. Boecl. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. pr. Par. Long. Ultr. — Aliae Edd.: *ne quid ille.* — *magna cura custodiunt.* Ax.: *magna custodiunt cura.* — *his.* Ed. pr. Par. Ald. Lamb.: *illis.* — *ab Hannibale.* Gu.: *a Hannibale.* — *duceret.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. B. Ed. Ultr. — Leid. 2. Ed. Ald. Long. Mag. Lamb. al.: *portaret.* — Mendos.: *asportaret.*

Cap. X.

§. 1. *armavit et exercuit.* Sic Gu. Leid. 1. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Boecl.: *armavit et exercitu.* — Leid. 2. Voss. A. Edd. ante Lamb.: *amarit et excitarit.* — Lamb.: *armavit et excitavit.*

§. 2. *opibus.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Vulgo: *rebus.* — Ax. Voss. B. *minus* om. — *conciliabat.* Sic Gu.

rebatur et mari et terra, quo magis cupiebat eum Han-
3 nibal opprimi. Sed utrobique Eumenes plus valebat
propter Romanorum societatem: quem si removisset,
faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interfi-
4 ciendum talem iniit rationem. Classe paucis diebus erant
decreturi. Superabatur navium multitudine. Dolo erat
pugnandum, cum par non esset armis. Imperavit quam
plurimas venenatas serpentes vivas colligi easque in vasa
5 fictilia conjici. Harum cum confecisset magnam multi-
tudinem, die ipso quo facturus erat navale proelium clas-
siarios convocat hisque praecipit, omnes ut in unam
Eumenis regis concurrant navem, a ceteris tantum satis
habeant se defendere: id illos facile serpentium multi-
6 tudine consecuturos. Rex autem in qua nave veheretur
ut scirent se facturum, quem si aut cepissent aut inter-
fecissent, magno his pollicetur praemio fore.

1 Cap. XI. Tali cohortatione militum facta classis ab
utrisque in proelium deducitur. Quarum acie constituta
priusquam signum pugnae daretur, Hannibal, ut palam

---

et Edd. vett. — Boecl. Ax. Voss. B. *conciliabat* om. — *adjungebat*. Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. — Edd. vett.: *adjungebatque*. — *nationes*. Voss. B: *nactiones*. — *Pergamenus*. Leid. 2: *Pergameus*.

§. 3. *interficiendum*. Ed. Ultr.: *interficiundum*.

§. 4. *decreturi*. Sic Gu. Sav. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Ax.: *certaturi*. — Edd. vett.: *decertaturi*.

§. 5. *Harum cum*. Voss. A: *Harum quomodo*. — Voss.: *Harumque*. — *confecisset*. Sic Ed. Ultr. — Gu. Voss. A: *effecisset*. — Boecl. Ax. Voss. B. C: *fecisset*. — *hisque*. Ax.: *in hisque*. — *praecipit*. Sic Ed. Ultr. Lamb. — Gu. Ax. Voss. A. Ed. pr. Ald. Long. Mag. al.: *praecepit*. — *habeant*. Voss. A. C: *habebant*. — *Id illos facile*. Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *Id facile illos*. — *serpentium*. Sic Gu. Ed. Ultr. — Ax. Ed. pr. Long. Mag.: *serpentum*.

§. 6. *in qua nave*. Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. B. — Ed. Ultr. cum cett. ante Bos. *in* om. — *praemio*. Ed. Lamb.: *id praemio*.

Cap. XI.

§. 1. *tali*. Voss. B: *tale*. — *Quarum*. Sic Gu. Ax. Edd. vett. — Leid. 2. Voss. A: *quorum*. — *quo loco*. Voss. C: *loco quo*.

faceret suis quo loco Eumenes esset, tabellarium in scapha cum caduceo mittit, qui ubi ad naves adversariorum pervenit epistolamque ostendens se regem professus est quaerere, statim ad Eumenem deductus est, 2
quod nemo dubitabat quin aliquid de pace esset scriptum. Tabellarius ducis nave declarata suis eodem unde erat egressus se recepit. At Eumenes soluta epistola 3
nihil in ea reperit, nisi quod ad irridendum eum pertineret; cujus etsi caussam mirabatur neque reperiebatur, tamen proelium statim committere non dubitavit. Horum 4
in concursu Bithyni Hannibalis praecepto universi navem Eumenis adoriuntur, quorum vim rex cum sustinere non posset, fuga salutem petit: quam consecutus non esset, nisi intra sua praesidia se recepisset, quae in proximo litore erant collocata. Reliquae Pergamenae naves 5
cum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de quibus supra mentionem fecimus, conjici coepta sunt. Quae jacta initio risum pugnantibus concita-

---

— *ubi.* Voss. C. om. — *epistolamque.* Sic Gu. Ax. Voss. A. Ed. Ultr. — Vulgo *epistolam* et punct post *quaerere* posit. — *ostendens.* Voss. C: *hostendens.*

§. 2. *quin aliquid de pace esset scriptum.* Sic Gu. Boecl. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *aliquid de pace esse scriptum.* — Etiam Voss. C: *esset scriptum.* — *unde erat egressus.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Boecl.: *unde erat regressus.* — Voss. C: *unde erat.* — Vulgo: *unde ierat.* — *se recepit.* Sic Gu. Ax. al. Ed. Ultr. — Voss. A: *recipit.*

§. 3. *in ea reperit.* Sic Gu. Ax. Edd. vett. — Boecl. Voss. B. *in* om. — *nisi quod.* Ed. Ultr.: *nisi quae.* — *ad irridendum eum.* Ax.: *ad eum irridendum.* — *pertineret.* Ed. Ultr.: *pertinerent.*

§. 4. *concursu.* Voss. B. Ax.: *cursu.* — *Bithyni.* Sic Gu. — Ax.: *Bithinii.* — Leid. 2. Voss. B. Ed. Ultr. et cett. ante Lamb.: *Bithynii.* — *rex cum.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *cum rex.* — *petit.* Sic Gu. Ax. Voss. B. Ed. Ultr. — Leid. 2. Voss. A. C. et cett. Edd.: *petiit.* — *quae.* Voss. B: *qua.*

§. 5 *Pergamenae.* Leid. 2. Voss. C: *Pergameae.* — *conjici.* Gu. Ax.: *conici.* — *quae jacta.* Voss. C: *qua jacta.* — *concitarunt.* Sic Gu. Boecl. Ax. — Leid. 2. Voss. A. B. C. Edd. ante Bos.: *excitarunt.* — *neque quare.* Sic Gu. et omnes Edd. vett. — Boecl. Ax.: *nec quare.*

6 runt neque quare id fieret poterat intelligi. Postquam
autem naves completas conspexerunt serpentibus, nova
re perterriti, cum quid potissimum vitarent non viderent,
puppes averterunt seque ad sua castra nautica retule-
7 runt. Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum supe-
ravit neque tum solum, sed saepe alias pedestribus co-
piis pari prudentia pepulit adversarios.

1 Cap. XII. Quae dum in Asia geruntur, accidit casu,
ut legati Prusiae Romae apud L. Quintium Flamininum
Consularem coenarent atque ibi de Hannibale mentione
2 facta ex his unus diceret eum in Prusiae regno esse. Id
postero die Flamininus senatui detulit. Patres conscri-
pti, qui Hannibale vivo numquam se sine insidiis futuros
existimarent, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flami-
ninum, qui ab rege peterent, ne inimicissimum suum se-
3 cum haberet sibique dederet. His Prusias negare ausus
non est: illud recusavit, ne id a se fieri postularent,
quod adversus jus hospitii esset: ipsi, si possent, com-
prehenderent, locum ubi esset facile inventuros. Hanni-

---

§. 6. *naves.* Ed. Ultr.: *naves suas.* — *averterunt.* Sic codd. et Edd. — Lamb. conj.: *adverterunt.* Cf. tamen Gron. Observatt. IV, 26.

§. 7. *Pergamenorum.* Leid. 2. Voss. A: *Pergameorum.* — *tum solum.* Ax. Voss. B: *tamen solum.*

Cap. XII.

§. 1. *L. Quintium Flamininum.* Gu. Boecl.: *L. Quintium Flaminium.* — Ax.: *L. Quintum Flaminium.* — Ed. Ultr.: *L. Quintium,* cognom. om. — Etiam Leid. 2: *Flaminium.* — Voss. A. C: *Flamineum,* — *consularem.* Sic Gu. Boecl. Ax. Voss. C. Ed. Ultr. — Ed. Par. Ald. Lamb.: *consulem.* — *in Prusiae.* Voss. C. *in* om.

§. 2. *Flamininus.* Gu. Ax. Ed. Ultr.: *Flaminius.* — *existimarent.* Sic Gu. Ax. Voss. B. — Vulgo: *existimabant.* — *Flamininum.* Gu. Ax. Ed. Ultr.: *Flaminium.* — Leid. 2: *Flaminius.* — *ab rege.* Sic Gu. Ax. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Ultr. — Edd. vulgg.: *a rege.* — *sibique dederet.* Sic Codd. et Edd. ante Lamb., qui *sibique ut dederet* scr. — Voss. B: *deberet* pro *dederet.*

§. 3. *Prusias.* Gu. Ax. Voss. B. C. Edd. ante Lamb.: *Prusia.* — *ei a rege.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Voss. B: *ei agere.* — Edd. cett. ante Lamb. *ei* om. — *aedificarat.* Voss. C: *aedifi-*

bal enim uno loco se tenebat in castello, quod ei a rege datum erat muneri, idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii exitum sibi haberet scilicet verens, ne usu veniret quod accidit. Huc cum legati Romano- 4
rum venissent ac multitudine domum ejus circumdedissent, puer ab janua prospiciens Hannibali dixit plures praeter consuetudinem armatos apparere, qui imperavit ei, ut omnes fores aedificii circumiret ac propere sibi nuntiaret, num eodem modo undique obsideretur. Puer 5
cum celeriter quid esset renuntiasset omnesque exitus occupatos ostendisset, sensit id non fortuito factum, sed se peti neque sibi diutius vitam esse retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum venenum, quod semper secum habere consueverat, sumsit.

Cap. XIII. Sic vir fortissimus multis variisque per- 1
functus laboribus anno acquievit septuagesimo. Quibus A. U. c. 570.
Consulibus interierit non convenit. Nam Atticus Marco Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coss. mortuum in annali suo scriptum reliquit. At Polybius L. Aemilio

---

caret. — *exitum sibi.* Sic Ax. Boecl. Voss. B. — Gu.: *exitum* pron. *sibi* om. — Edd. omnes ante Bos.: *exitus haberet.* — *usu veniret.* Sic Gu. Boecl. Ax. Ed. Ultr. Mag. — Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Long. Lamb.: *usu eveniret.* — *scilicet verens.* Sic Gu. Boecl. Ed. Ultr. — Ax.: *sed verens.* — Vulgo: *semper verens.*

§. 4. *Huc cum.* Ax.: *Cum huc.* — *multitudine.* Voss. A: *multitudinem.* — *sibi nuntiaret.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Vulgo: *sibi renuntiaret.*

§. 5. *renuntiasset.* Boecl. Ax. Voss. B. C: *nuntiasset.* — *consueverat.* Ed. Ultr.: *consuerat.*

Cap. XIII.

§. 1. *Nam Atticus.* Sic Sav. Gif. Put. -- Gu. Ax. Edd. ante Boecl.: *Namque Atticus.* — Leid. 2: *Nam Axicus.* — *Q. Fabio Labeone.* Sic Gu. Ax. — Voss. A: *et Q. Fabio Lacone.* — Voss. C: *et Fabio Labeone.* — Edd. omnes ante Boecl.: *et Q. Fabio Labeone.* — *at Polybius.* Voss. A: *ac Polybius.* — *L. Aemilio Paullo, Cn. Baebio Tamphilo.* Sic Gu. [*Paulo*]. — Boecl. Ax.: *Aemilio Paulo, M. Bebio Pamphilio.* — Leid. 2: *Aemilio Paullo* et *C. Baebio Tamphilo.* — Voss. A: *Aemilio Paullo et Cn. B. T.* —

Paullo, Cn. Baebio Tamphilo: Sulpicius autem Blito P.
2 Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo. Atque hic tantus vir tantisque bellis districtus nonnihil temporis tribuit litteris. Namque aliquot ejus libri sunt Graeco sermone confecti, in his ad Rhodios de Cn. Manlii Vulsonis in
3 Asia rebus gestis. Hujus bella gesta multi memoriae prodiderunt: sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt simulque vixerunt, quam diu fortuna passa est, Silenus et Sosilus Lacedaemonius. Atque hoc Sosilo Han-
4 nibal litterarum Graecarum usus est doctore. Sed nos tempus est hujus libri facere finem et Romanorum explicare imperatores, quo facilius collatis utrorumque factis qui viri praeferendi sint possit judicari.

Voss. B: *Aemilio Paullo et Cn. Baebio Pamphilo.* — Voss. C: *L. Aemilio Paullo et Cn. B. T.* — Gif.: *L. Aemilio Paullo et Cn. Baebio Tamphilo.* — Ed. Ultr.: *Aemilio Paulo, M. Bebio Pamphilo.* — *Sulpicius autem Blito.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. B. — Ed. Ultr.: *Sulpicius autem Blitho.* — Vulgo *Blito* om. — *P. Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo.* Sic Gu. Gif. — Ax.: *M. Bebio,* nom. *Tamphilo* om. — Boecl.: *M. Bibio Pamphilio.* — Voss. B: *M. Baebio Pamphilio.* — Voss. C. Leid. 2: *Baebio Tamphilo.* — Ed. Ultr.: *M. Bebio Pamphilo.* — Ed. pr. Arg. Long. Mag. Lamb. *et* interponunt.

§. 2. *Atque hic.* Sic Gu. Ax. Ed. Ultr. — Edd. cett. ante Lamb. *hic* om. — *temporis.* Voss. B: *temporibus.* — *Cn. Manlii Vulsonis:* Gu.: *Cn. Manlii Volonis.* — Boecl. Ax. Voss. B: *Ennii Manilii Volonis.* — Voss. A. C: *Cn. Manilii Vulsonis.* — Leid. 2: *C. Manlii Volonis.* — Ed. Ultr.: *Cn. Manlii Volsonis.*

§. 3. *bella gesta.* Sic Leid. 2. Voss. A. C. Edd. vett. — Gu. Boecl. Ax. Voss. B. Ed. Ultr.: *belli gesta.* — *Silenus.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Ultr. — Voss. B. Boecl. Ax.: *Syllenus.* — Edd. ante Lamb.: *Philenius.* — Lamb. Boecl.: *Philaenius.* — *Sosilus.* Sic Gu. — Boecl. Ax. Voss. B: *Sosillus.* — *Sosilo.* Ax.: *Sosyllo.* — Ed. Ultr.: *Sosylus* et *Sosylo.*

§. 4. *nos tempus.* Sic Gu. Ax. Boecl. Voss. A. B. C. Leid. 2. et omnes Edd. ante Boecl., qui nulla auctoritate *nunc tempus* edidit. — In fine vitae Hannibalis cod. Ax. haec adscripta habet: *Finis Emilii probi de excellentibus ducibus externarum gentium et Hannibalis.* Tum ut in codice Guelpherbytano versus Aemilii Probi adduntur, quos habes in Bardil. Ed. maj. T. II. p. 387. In Ed. Ultr. legitur: *Finis.*

XXIV. MARCUS PORCIUS CATO.

Excerptum e libro Cornelii Nepotis de latinis historicis.

Argumentum.

Cap. I. *Ejus ortus. Adolescentia et officia.* **II.** *Consul Hispaniam citeriorem sortitus est. Censor gravissimus.* **III.** *Ejus elogium, studia, scripta.*

Cap. I. *Cato* ortus municipio Tusculo adolescentulus priusquam honoribus operam daret versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat. Inde hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perperna censoribus narrare solitus est, Romam demigravit in foroque esse coepit. 1
Primum stipendium meruit annorum decem septemque Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coss. Tribunus militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis magnique opera ejus existimata est in proelio 2 A. U. c. 538. A. U. c. 545.

M. Porcius Cato.

M. Porcius Cato. **In Voss. A. Mendos. haec vita Attici vitam sequitur. — In Voss. B. haec vita ab alia et quidem recentiori descripta videtur. — Leid. 1. Ax. Ed. Ald. eam non continent. — In Guelpherbytano ante Catonis vitam haec leguntur:** *Excerptum e libro Cornelii Nepotis de Latinis historicis;* **quae verba in codice Gifanii ante vitam Attici leguntur. — In Edd. vett. praemittuntur haec verba:** *Ex libro posteriore Cornelii Nepotis.* **— Ed. Lamb.:** *Ex libro secundo Aemilii Probi seu Corn. Nepotis.*

Cap. I.

§. 1. *Cato.* **Voss. C:** *Catho.* **—** *heredium.* **Ms. Venet.:** *praedium.* **—** *Inde hortatu.* **Sic Gu. Mendos. Voss. A. Ed. Arg. 1. — Vulgo** *inde* **om. —** *Perperna.* **Sic Ed. Arg. 1. — Gu. codd. Stav. Ed. Long. Mag. al.:** *Perpenna.* **—** *Censorius.* **Sic Ed. Mag. Schott. — Gu. Ed. Long. Lamb. al.:** *censorinus.* **— Mendos. Voss. A. C:** *consobrinus.* **—** *foroque.* **Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. B. C. — Ed. Long. Mag. Lamb. al.** *que* **om.**

§. 2. *Q. Fabio Maximo.* **Leid. 2. [1.?] et Pigh.** *Maximo* **om. —** *Marcello.* **Sic Gu. Ed. Arg. 1. Lamb. Boecl. — Leid. 2. et Pigh. Long. Mag. Schott. om. — Voss. A:** *Claudio* **et** *M.* **et**

apud Senam, quo cecidit Hasdrubal frater Hannibalis.
3 Quaestor obtigit P. Africano consuli, cum quo non pro
A. U. c. 547. sortis necessitudine vixit: namque ab eo perpetua dis-
A. U. c. 554. sensit vita. Aedilis plebis factus est cum C. Helvio.
4 Praetor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quaestor
A. U. c. 553. superiore tempore ex Africa decedens Q. Ennium poe-
tam deduxerat, quod non minoris existimamus, quam
quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

1 Cap. II. Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco
A. U. c. 557. sorte provinciam nactus Hispaniam citeriorem exque ea
2 triumphum deportavit. Ibi cum diutius moraretur, P.
Scipio Africanus consul iterum, cujus in priori consulatu quaestor fuerat, voluit eum de provincia depellere et ipse ei succedere. Neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio principatum in civitate obtineret, quod tum non potentia, sed jure res publica admi-

---

Marcello om. — *C. Claudii.* Sic Ed. Lamb. Boecl. seqq. — Gu. Boecl. Leid. 2. Voss. A, B. C. Ed. Arg. 1. Long. al.: *P. Claudii.* — *opera ejus.* Sic Gu. Boecl. Ed. Long. Mag. al. — Ed. Arg. 1. Lamb. Boecl. Bos. ut vulgo: *ejus opera.* — *existimata est.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Long. Mag. al. — Arg. 1. Lamb. Boecl. Pigh.: *aestimata est.* — *cecidit.* Voss. C: *decidi.*

§. 3. *P. Africano.* Sic Gu. Boecl. Leid. 2. Voss. B. Edd. omnes ante Lamb., qui primus dedit: *P. Cornelio Scipioni Africano.* — *necessitudine.* Voss. C: *necessitudinem.* — *Aedilis plebis.* Voss. C: *aedis plebi.* — *plebis.* Gu.: *plebi.*

§. 4. *Praetor.* Voss. B: *praeter.* — *Ennium.* Voss. C: *omnium.* — *existimamus.* Sic Gu. Ed. Arg. 1. 2. Long. Boecl. — Ed. Mag. Lamb. Schott. Pigh.: *aestimamus.* — *Sardiniensem.* Gu.: *Sardinensem.*

Cap. II.

§. 1. *exque ea.* Sic Gu. Ed. Arg. 1. Long. — Ed. Mag. Schott.: *ex qua.* — Pigh.: *ex eaque.* — *deportavit.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. B. C. Ed. Long. Lamb. — Schott.: *reportavit.*

§. 2. *P. Scipio.* Sic Gu. Ed. Arg. 1. — Leid. 2. Voss. B. Ed. Schott. Long. Mag. Arg. 2: *quod Scipio.* — *priori.* Sic Gu. Ed. Arg. 1. 2. Long. Schott. al. — Vulgo: *priore.* — *voluit.* Voss. B: *noluit.* — *depellere.* Voss. C: *pellere.* — *et ipse ei.* Pigh. ed.: *et ipse ei jure.* — *principatum in civitate.* Sic Gu. — Vulgo: *in civitate principatum.* — *administrabatur.* Voss. C. Ed. Arg. 1:

nistrabatur. Qua ex re iratus senatui consulatu peracto privatus in urbe mansit. At Cato censor cum eodem 3
Flacco factus severe praefuit ei potestati. Nam et in complures nobiles animadvertit et multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quae jam tum incipiebat pullulare. Circiter annos octoginta usque 4
ad extremam aetatem ab adolescentia rei publicae caussa suscipere inimicitias non destitit. A multis tentatus non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed quoad vixit virtutum laude crevit.

Cap. III. In omnibus rebus singulari fuit industria. 1
Nam et agricola solers et rei publicae peritus, juris consultus et magnus imperator et probabilis orator et cupidissimus litterarum fuit. Quarum studium etsi senior 2
arripuerat, tamen tantum progressum fecit, ut non facile reperiri possit neque de Graecis neque de Italicis rebus quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentia confecit ora- 3
tiones. Senex historias scribere instituit; earum sunt li-

---

ministrabatur. — *senatui consulatu peracto.* Sic Bos. conj. — Pigh. conj.: *consulatu peracto* verbo *senatui* om. — Heusing. conj.: *senatui post consulatum,* quod placet. — Codd. et Edd. omnes ante Heusing.: *iratus senatu peracto.* — *mansit.* Pigh.: *permansit.*

§. 3. *addidit.* Ed. Arg. 1: *edidit.* — *pullulare.* Leid. 2: *pullare.* — Voss. B: *pulularc.*

§. 4. *Circiter annos octoginta.* Heusing. uncis incl. — Voss. B. Ed. Long. Mag. al. scrib. *octuaginta.*

Cap. III.

§. 1. *singulari fuit industria.* Sic Gu. Voss. C. Ed. Pigh. Arg. 1. — Vulgo: *singulari fuit prudentia et industria.* — *juris consultus.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. Ed. Pigh. et omnes ante Lamb., qui *et jurisconsultus* dedit. — *probabilis.* Ms. Ernst.: *probatissimus.* — *cupidissimus.* Voss. C: *concupidissimus.*

§. 2. *etsi senior.* Boecl. Leid. 2: *et senior.* — *tamen.* Pigh.: *attamen.* — *tantum progressum.* Sic Gu. Boecl. Leid. 2. Voss. B. C. et Edd. ante Lamb., qui *tantum in eis progressum* dedit. — *reperiri possit.* Sic Gu. Voss. A. C. Ed. Arg. Pigh. — Cett. Edd. ut vulg.: *reperire possis.*

§. 3. *confecit orationes.* Sic Gu. et codd. Stav. et Edd. — Ed. Pigh.: *fecit orationes.* — *historias scribere.* Sic Gu. et Edd. ante Boecl. — Vulgo: *scribere historias.* — *earum.* Sic Gu. Arg. 1.

bri septem. Primus continet res gestas regum populi Romani; secundus et tertius unde quaeque civitas orta sit Italica: ob quam rem omnes Origines videtur appellasse. In quarto autem bellum Poenicum primum; in
4 quinto secundum. Atque haec omnia capitulatim sunt
A. U. c. 601. dicta, reliquaque bella pari modo persecutus est usque ad praeturam Ser. Galbae, qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit quae in Italia Hispaniisque viderentur admiranda. In quibus multa indu-
5 stria et diligentia comparet, multa doctrina. Hujus de vita et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu T. Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus.

Pigh. — Vulgo: *quarum.* — *res gestas regum.* Pigh. *regum* om. — *Poenicum.* Sic Gif. Dan. — Gu.: *Penicum.* — Thott. ut vulg.: *Punicum.* — Voss. A. C. Ed. Pigh.: *in quarto autem est bellum p.* — Gu.: *in quarto autem bellum penicum est primum.* — Ed. Arg.' 1: *in quarto autem bellum punicum est primum.* — Heusing. verba: *atque haec.... sunt dicta* parenthesi compreh.

§. 4. *reliquaque.* Ed. Mag. Schott. al. *que* om. — *persecutus.* Ed. Pigh. Arg. 1. Mag. Schott.: *prosecutus.* — *diripuit.* Boecl. Voss. B. Ed. Long.: *deripuit.* — *In iisdem.* Gu. Boecl. Leid. 2: *In hisdem.* — Ed. Mag.: *in eisdem.* — *viderentur admiranda.* Gu.: *aut fierent aut viderentur ammiranda.* — *multa industria.* Voss. A. C: *nulla industria.* — *multa doctrina.* Ed. Pigh.: *multaque doctrina.*

§. 5. *rogatu.* Leid. 2: *rogati.* — *delegamus.* Sic Gu. *Gif.* Put. Sav. Leid. 2. Voss. B. C. Ed. Long. Arg. 1. 2. Lamb. al. — Voss. A. Ed. Mag. Schott. al.: *relegamus.*

XXV. T. POMPONIUS ATTICUS.

Ex libro Cornelii Nepotis de latinis historicis.

Argumentum.

Cap. I. *Natus patre generoso nactus est praeclaras dotes.* II. *Athenas se confert. Athenienses pecunia sublevat.* III. *Athenis ante alios carissimus.* IV. *Sullae acceptus Romam remigrat.* V. *Q. Caecilii heres ex dodrante. Ejus cum Cicerone et Hortensio rara amicitiae copula.* VI. *Honoribus, litibus, praefecturis abstinens soli dignitati servit.* VII. *In civili bello neque Pompejum, neque Caesarem offendit.* VIII. *Occiso Caesare Brutum pecunia adjuvat.* IX. *Ne quidem Antonio infestus est, sed ejus uxori et liberis opitulatur.* X. *Antonius officiorum Attici memor.* XI. *Proscriptis plurimis auxilio est.* XII. *Vipsanio et Antonio tantum utitur in deprecandis amicorum periculis.* XIII. *De vita Attici privata. Bonus paterfamilias et civis.* XIV. *Ejus coena semper lectione condita; prudens pecuniae usus.* XV. *Mendacii osor, et laboris amans.* XVI. *Senibus adolescens et adolescentibus senex pariter jucundus.* XVII. *Ejus pietas in matrem.* XVIII. *Antiquitatis amor.* XIX. *Morum elegantia pervenit in affinitatem divi Julii.* XX. *Caesaris et Antonii cum Attico familiaritas.* XXI. *Extremus ejus morbus.* XXII. *Ejus mors et sepultura.*

Cap. I. *T. Pomponius Atticus* ab origine ultima 1
stirpis Romanae generatus perpetuo a majoribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem. Patre usus est di- 2
ligente, indulgente, et, ut tum erant tempora, diti in primisque studioso litterarum. Hic prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas imper-

---

T. Pomponius Atticus.
Ex libro Cornelii Nepotis de latinis historicis.

Ex libro Cornelii etc. Sic Gif., et Gu., qui addit etiam: *incipit vita Attici.* — Mendos.: *Historiarum Latinarum Cornelii Nepotis vita Attici;* in eodem codice haec vita praemittitur Catonis vitae. — Ms. Chart. Paris.: *Vita Pomponii Attici ex Cornelio Nepote.* — Voss. B. hanc vitam omisit.

Cap. I.

§. 1. *T. Pomponius.* Sic Gu. Gif. Med. — Edd. ante Bos. *T.* om. — *Romanae.* Leid. 2: *Romano.*

§. 2. *usus est diligente, indulgente, et ut tum.* Med.: *usus diligente et ut tum.* — Ed. pr. Brix.: *usus est indulgente et ut tum.* — *impertiri.* Voss. A. Leid. 2. Edd. quaedd.: *impartiri.*

3 tiri debet, filium erudivit. Erat autem in puero praeter docilitatem ingenii summa suavitas oris ac vocis, ut non solum celeriter acciperet, quae tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret. Qua ex re in pueritia nobilis inter aequales ferebatur clariusque exsplendescebat, quam
4 generosi condiscipuli animo aequo ferre possent. Itaque incitabat omnes studio suo, quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius filius, M. Cicero: quos consuetudine sua sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior.
1 Cap. II. Pater mature decessit. Ipse adolescentulus propter affinitatem P. Sulpicii, qui Tribunus plebis interfectus est, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia Pomponii consobrina nupserat M. Servio fratri Sul-
2 picii. Itaque interfecto Sulpicio posteaquam vidit Cinnano tumultu civitatem esse perturbatam neque sibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin alterutram partem

§. 3. *ac vocis.* Sic Gu. Mendos. — Gif. et Ms. Acad. Gron.: *atque vocis.* — Long. Ed.: *et vocis.* — *celeriter.* Mendos. om. — *acciperet.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. et omnes ante Lamb., qui *arriperet* scripsit. — *qua ex re.* Leid. 2: *qua re.* — *in pueritia nobilis inter.* Sic Gu. Gif. Mendos. Ed. pr. s. a. al. — Ed. pr. a. 1470 et Long. *in* om. — Med.: *pueritia nobilis vitae.* — *aequales.* Leid. 2: *aequalis.* — *quam generosi.* Voss. C. Ed. pr. s. a.: *quod generosi.*

§. 4. *C. Marius filius.* Sic Gu. Gif. Mendos. Ed. pr. 1470. — Leid. 2: *C. Silus.* — Voss. A. Ed. Long.: *C. Marii filius.* — Voss. C: *C. Marius C filius R.* — Ed. Lamb.: *C. Marius C. filius.* — Edd. al.: *C. Mari filius.* — *sic sibi.* Gu. Gif. *sibi* om. — *perpetuo.* Gu. Voss. A. C: *perpetua.* — *iis.* Ed. pr. 1470. Brix. al.: *his.*

Cap. II.

§. 1. *Anicia.* Med. Ed. pr. s. a. al.: *Antia.* — Voss. C: *Antea.* — *M. Servio.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. pr. utraq. — Leid. 1: *M. Servilio.* — Ed. Lamb. Schott.: *M. Servio Sulpicio.* — *fratri Sulpicii.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Voss. A. C. Ed. pr. utraq. — Lamb. Schott.: *fratri P. Sulpicii.* — Ed. Bos.: *M. Servio, fratri P. Sulpicii.*

§. 2. *interfecto Sulpicio.* Sic Gu. et omnes ante Lamb. — Lamb. Schott. Bos. al.: *interfecto P. Sulpicio.* — *esse perturbatam.* Voss. C. *esse* om. — *dari.* Voss. C: *claram.* — *quin.* Leid. 2:

offenderet, dissociatis animis civium, cum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus, idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis Athenas se contulit. Neque eo A. U. c. 665.
secius adolescentem Marium hostem judicatum juvit opibus suis, cujus fugam pecunia sublevavit. Ac ne illa 3
peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum trajecit suarum. Hic ita vixit, ut universis Atheniensibus merito esset carissimus. Nam praeter gratiam, quae jam in adolescentulo 4
magna erat, saepe suis opibus inopiam eorum publicam levavit. Cum enim versuram facere publice necesse esset neque ejus conditionem aequam haberent, semper se interposuit atque ita, ut neque usuram unquam ab iis acceperit neque longius quam dictum esset eos debere passus sit. Quod utrumque erat iis salutare. Nam 5
neque indulgendo inveterascere eorum aes alienum patiebatur neque multiplicandis usuris crescere. Auxit hoc 6
officium alia quoque liberalitate. Nam universos fru-

---

cum. — *cum alii.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Long. — Ed. pr. s. a. Jens. 1478: *quorum alii.* — *Sullanis.* Sic Gu. Ed. pr. 1470. Long. — Med. Ed. pr. s. a.: *Sillanis.* — Ed. Lamb. Schott. al.: *Syllanis.* — *juvit opibus suis.* Mendos.: *opibus juvit suis.* — Voss. C: *juvit operibus suis Athenas.* — *pecunia sublevavit.* Med. 1: *opibus sublevavit.* — Mendos. Voss. A. C. Ed. pr. s. a.: *pecuniis sublevavit.*

§. 3. *Ac ne.* Sic Gu. et omnes ante Bos., in cujus ed. errore typoth. *At ne* scriptum est. — *afferret.* Voss. C: *ferret.* — *rei familiari.* Med. 1: *rei familiaris.* — *Hic ita.* Med. 2: *Sic itaque.*

§. 4. *praeter.* Voss. C: *propter.* — *saepe.* Sic Gu. et omnes ante Bos. — Med. 1: *saepius.* — *versuram.* Sic Gu. Gif. Sav. Put. — Leid. 1. Mendos. Voss. A. C. et Edd. ante Lamb.: *usuram.* — Ed. pr. s. a. Jens. 1478: *quoniam enim usuram.* — *aequam.* Sic Gu. — Mendos. Med. 2. Voss. A. C. Ed. pr. utraq. Brix. al.: *aeque.* — Leid. 2: *aeque ante.* — *atque ita.* Sic Gu. — Ed. pr. s. a. Brix. al. *atque* om. — *unquam.* Mendos. Med. 2. Ed. p. s. a. Brix. al. om. — Gottschalch conj.: *iniquam.* — *ab iis.* Gu.: *ab his.* — *debere.* Sic Gu. et omnes ante Lamb. — Med. 1: *debitum eos debere.* — Mendos.: *aes debere.* (?) — Vulgo: *eos debere.*

§. 5. *iis salutare.* Gu.: *his salutare.*

§. 6. *septem modii.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 1. Med. 2. Voss. A. et omnes ante Lamb. — Lamb. Boecl. al.: *sex modii.*

mento donavit, ita ut singulis septem modii tritici darentur, qui modus mensurae medimnus Athenis appellatur.

1 Cap. III. Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur. Quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent publice haberent civemque facere studerent. Quo beneficio ille uti noluit. [Quod nonnulli ita interpretantur, amitti civitatem Roma-
2 nam alia adscita.] Quamdiu adfuit, ne qua sibi statua poneretur restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi et Phidiae locis sanctissimis posuerunt. Hunc enim in omni procuratione rei publicae actorem aucto-
3 remque habebant. Igitur primum illud munus fortunae, quod in ea potissimum urbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii [ut eamdem et patriam haberet et domum]. Hoc specimen prudentiae, quod, cum in eam se civitatem contulisset, quae antiquitate,

---

In Ed. Cic. Opp. tamen Lamb. *septem modii* habet. — Med. 1: *modius*. — *qui modus*. Sic Lamb. quoque in Cic. Opp. Ed. a. — *medimnus*. Leid. 2: *medamnus*.

Cap. III.

§. 1. *se gerebat*. Med. 2: *sese gerebat*. — *haberent*. Quid. libri Schotto teste: *mandarent*; Gu. tamen editique ad unum omnes: *haberent*. — *Quod nonnulli* — *adscita*. Haec verba merito Gesnerus ut interpretamentum grammatici rejecit.

§. 2. *restitit*. Med. 1: *respuit*. — *Phidiae*. Sic Gu. Gif. Mendos. Sav. Put. Voss. A. C. Ed. Brix. omnesque ante Lamb. — Ms. Leid. 2: *Phydiae*. — Ms. Sciopp.: *Fidiae*. — Ms. Ernst.: *Pilio*. — Ed. Lamb. et Schott.: *Piliae*. — *Hunc enim*. Voss. C: *Nunc est*. — *actorem auctoremque*. Sic Gu. Ed. p. a. 1470. Long. Lamb. al. — Mendos. Ed. Brix.: *auctorem actoremque*.

§. 3. *et domum*. Sic Gu. Ed. p. a. 1470. Paris. Long. — Mendos. Med. 1. 2. Leid. Voss. A. C: *et domum voluit*. — Ed. p. s. a. cum antiq. et Jens. a. 1478: *et domum voluerit*. — Ed. Lamb. Schott.: *et dominam*. — Ego verba: *ut eandem* — *domum* ut ex interpretamento in contextum illata uncis inclusi. — *in eam se civitatem*. Sic Gu. Ed. p. a. 1470. Rom. Paris. Long. — Ed. Arg. Lamb. al.: *in eam civitatem se*. — *doctrina*. Sic Gu. Mendos. — Ed. pr. a. 1470. Rom. Paris. Long.: *doctrinaque*. — *unus ei*. Sic Gu. Gif. Mendos. Ed. p. s. a. Brix. al. — Ed. p. a. 1470. Arg. Paris. Long. Lamb.: *ei unus*. — Ed. Boecl. *ei om*. —

humanitate, doctrina praestaret omnes, unus ei [ante alios] fuerit carissimus.

Cap. IV. Huc ex Asia Sulla decedens cum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium captus adolescentis et humanitate et doctrina. Sic enim Graece loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem suavitas erat sermonis Latini, ut appareret in eo nativum quemdam leporem esse, non adscitum. Idem poemata pronuntiabat et Graece et Latine sic, ut supra nihil posset addi. Quibus rebus factum est, ut Sulla nusquam [eum] ab se dimitteret cuperetque secum deducere. Qui cum persuadere tentaret: Noli, oro te, inquit Pomponius, adversum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem Italiam reliqui. At Sulla adolescentis officio collaudato omnia munera ei, quae Athe-

---

Leid. 1. Gu. Gif. *ante alios* om.; quae verba pleraeque Edd. vett. et recentt. habent. — *fuerit.* Sic Codd. et Edd.; Heusing. voluit: *fuit.*

Cap. IV.

§. 1. *Huc.* Voss. A: *hunc.* — *Sulla.* Sic Gu. Ed. p. 1470. — Ed. antiq.: *Silla.* — Ed. Brix. Par. Lamb.: *Sylla.* — *cum venisset.* Leid. 2: *convenisset.* — *quamdiu.* Ed. p. s. a. antiq. Jens. a. 1478: *quoniam.* — *et humanitate.* Sic Gu. omnesque Edd. praeter Keuch.; quae *et* om. — *Tanta autem.* Leid. 2. Ed. Jens. 1478: *Tanta enim.* — *suavitas erat.* Sic Gu. Gif. Mendos. Ed. p. s. a. Jens. 1478. Brix. Lamb. al. — Ed. p. a. 1470. Par. Long.: *erat suavitas.* — *Graece et Latine.* Voss. C: *graeceque latine.* — *addi.* Sic Gu. Gif. Mendos. Med. 1. 2. Leid. 2. Voss. A. et omnes Edd. ante Lamb. — Voss. C. Ed. Lamb. al. *addi* om.

§. 2. *nusquam.* Sic Gu. Gif. Leid. 2. Med. 1. 2. et omnes ante Gebh., qui *nunquam* dedit, quod etiam Ms. Mendos. habet. — *ab se.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. pr. utraq. Arg. Lamb. al. — Ed. Long. Gebh.: *a se.* — Gu. Leid. 2. Voss. C. et omnes ante Lamb. *eum* om. — Voss. C: *cuperet quia secum deduceret.* — *Qui cum.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. 1470. Arg. Long. — Ed. p. s. a.: *qui quin.* — Ed. Jens. 1478. Paris. Brix.: *quem cum.* — Ms. Ernst. Lamb. Schott. Boecl. Bos.: *cui cum.* — *persuadere tentaret.* — Ms. Ernst.: *dissuaderet.*

3 nis acceperat, proficiscens jussit deferri. Hic complures
annos moratus cum et rei familiari tantum operae daret,
quantum non indiligens deberet pater familias, et omnia
reliqua tempora aut litteris aut Atheniensium rei publi-
cae tribueret, nihilo minus amicis urbana officia prae-
4 stitit. Nam et ad comitia eorum ventitavit et si qua res
major acta est, non defuit; sicut Ciceroni in omnibus
[ejus] periculis singularem fidem praebuit: cui ex patria
fugienti sestertium ducenta et quinquaginta millia dona-
5 vit. Tranquillatis autem rebus Romanis remigravit Ro-
A. U. c. 687. mam ut opinor L. Cotta et L. Torquato Coss.; quem
diem sic universa civitas Atheniensium prosecuta est, ut
lacrimis desiderii futuri dolorem indicaret.

1 Cap. V. Habebat avunculum Q. Caecilium equitem
Romanum familiarem L. Luculli, divitem, difficillima na-
tura, cujus sic asperitatem veritus est, ut, quem nemo
ferre posset, hujus sine offensione ad summam senectu-
2 tem retinuerit benevolentiam. Quo facto tulit pietatis
fructum. Caecilius enim moriens testamento adoptavit
eum heredemque fecit ex dodrante, ex qua hereditate
3 accepit circiter centies sestertium. Erat nupta soror At-

§. 3. *et rei.* Ed. p. s. a. *et* om. — *aut litteris.* Ed. p. s. a. Brix.: *aut bonis artibus.*

§. 4. *ad comitia.* Voss. A. C. *ad* om. — [*ejus*] *periculis.* Sic Gu. Gif. utraq. ed. p. Long. Lamb. al. — Mendos. Leid. 2. Ed. Corn.: *suis periculis.* — Ed. Arg. pronomen om. — Bosius uncis inclusit. — *sestertium ducenta et quinquaginta millia.* Gu.: *sextertia ducenta et quinquaginta millia.* — Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Brix.: *sestertia ducenta et quadraginta millia.*

§. 5. *Romam.* Ed. p. s. a. et antiq.: *Romani.* — *Cotta.* Ed. antiq. Jens. 1478. Corn. Brix.: *Cocta.* — Ed. Rom. Arg.: *Cota.* — *quem diem.* Ms. Ernst.: *quem quidem.* — Ms. Med.: *quem diem quolibet.* — Ed. Gebh. *diem* om.

Cap. V.

§. 1. *hujus.* Voss. C: *hic.* — *benevolentiam.* Gu. Ed. antiq. Corn. Arg.: *benivolentiam.*

§. 2. *centies sestertium.* Sic Mendos. Leid. 2. Ed. antiq. Brix. — Gu. Voss. A. C: *centies sextertium.*

§. 3. *Q. Tullio.* Voss. C. Ed. antiq. Jens. 1478. Brix. *Q.*

tici Q. Tullio Ciceroni easque nuptias M. Cicero conci-
liarat, cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime,
multo etiam familiarius, quam cum Quinto, ut judicari
possit plus in amicitia valere similitudinem morum, quam
affinitatem. Utebatur autem intime Q. Hortensio, qui iis 4
temporibus principatum eloquentiae tenebat, ut intelligi
non posset, uter eum plus diligeret Cicero, an Horten-
sius: et id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter
quos tantae laudis esset aemulatio nulla intercederet ob-
trectatio essetque talium virorum copula.

Cap. VI. In re publica ita est versatus, ut semper 1
optimarum partium et esset et existimaretur neque ta-
men se civilibus fluctibus committeret, quod non magis
eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis dedis-
sent, quam qui maritimis jactarentur. Honores non pe- 2
tiit, cum ei paterent propter vel gratiam vel dignitatem,
quod neque peti more majorum neque capi possent con-
servatis legibus in tam effusis ambitus largitionibus ne-
que geri e re publica sine periculo corruptis civitatis
moribus. Ad hastam publicam numquam accessit. Nul- 3
lius rei neque praes neque manceps factus est. Nemi-

---

om. — *condiscipulatu.* Mec. 2. Ed. antiq. Ed. p. s. a. Jens. 1478: *discripulatu.* — Ernst. Bav. 1: *condisciplina.*

§. 4. *iis temporibus.* Gu. Ed. antiq. Med. Arg. Ven. Long.: *his temporibus.* — *uter eum.* Mendos.: *uter tum plus diligeretur.* — Voss. C: *uter eorum.* — *tantae laudis.* Leid. 1: *tanta laudis.*

Cap. VI.

§. 1. *est versatus.* Sic Gu. Ed. p. 1470. antiq. Long. Rom. Paris. — Leid. 2. Voss. A. C. [?] Ed. Corn. Arg. Lamb. ut vulgo: *versatus est.* — *civilibus fluctibus.* Voss. A: *civibus fructibus.* — *his.* Sic Gu. Ed. antiq. Rom. Long. et cett. ante Lamb., qui *iis* scripsit. — *jactarentur.* Med. addit *fluctibus.*

§. 2. *effusis.* Gu. Gif.: *effusi.* — *neque geri e republica.* Sic Lamb. seqq. — Gu. Gif. Mendos. Voss. C. Med. 2. Ed. p. s. a. Corn. Brix. antiq.: *neque e republica.* — Voss. A: *neque ere p.* — Leid. 2: *neque republica.* — Med. 1: *neque res geri sine periculo.* — Ed. Ven. Long.: *neque reipublicae.*

§. 3. *praes.* Leid. 2. om. — *manceps.* Leid. 2: *mancipes.* — *factus est.* Mendos. Ed. antiq. Jens. 1478. Corn. Arg. Par.: *fa-*

nem neque suo nomine neque subscribens accusavit. In jus de sua re nunquam iit, judicium nullum habuit.
4 Multorum consulum praetorumque praefecturas delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus, honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum: qui ne
A. U. c. 691. cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cum apud eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum praeturam gerere noluisset,
5 asseclam esse praetoris. Qua in re non solum dignitati serviebat, sed etiam tranquillitati, cum suspiciones quoque vitaret criminum. Quo fiebat, ut ejus observantia omnibus esset carior, cum eam officio, non timori neque spei tribui viderent.

1 Cap. VII. Incidit Caesarianum civile bellum. Cum
A. U. c. 703. haberet annos circiter sexaginta, usus est aetatis vacatione, neque se quoquam movit ex urbe. Quae amicis suis opus fuerant ad Pompejum proficiscentibus, omnia
2 ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompejum conjunctum

---

ctus fuit. — Ed. Brix. verbum om. — *neque suo nomine.* Sic Gu. Gif. Leid. 2. Voss. A. Ed. Corn. Arg. — Cett. ante Lamb. *neque* om. — Mox Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478: *in jus de sua re nunquam judicium habuit.*

§. 4. *ut neminem.* Voss. C. *ut* om. — *delatas.* Med. 1: *deditas.* — Ernst.: *oblatas.* — *fuerit.* Voss. C: *fuit.* — *despexerit.* Leid. 2. Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478: *despexit.* — *voluerit.* Sic Codd. et Edd. vett. — Quaedam Heusing. teste *voluit* et antea *quin* pro *qui.* — *cum apud.* Voss. C: *quem apud,* et mox *possit obtinere.*

§. 5. *omnibus.* Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478: *hominibus.*

Cap. VII.

§. 1. *Caesarianum.* Gu: *Caesareanum.* — Med. 1: *et cum haberet circiter annos septuaginta.* — Mendos.: *circiter annos sexaginta.* — Ego locum sic interpunxerim: *Incidit Caesarianum bellum. Cum haberet annos circiter sexaginta, usus est etc.* — *neque se quoquam movit.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Corn. Arg. Lamb. Brix. — Ed. p. a. 1470. Long.: *neque quoquam se movit.* — Ms. Sciopp. *se* om. — Med. 1: *neque quidquam movit.*

§. 2. *ipsum Pompejum.* Med. 1. *Pompejum* om. — *conjunctum.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. utraque Ed. p. Brix. Long.

non offendit; nullum ab eo habebat ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores aut divitias ceperant: quorum partim invitissimi castra sunt secuti, partim summa cum ejus offensione domi remanserunt. Attici 3 autem quies tantopere Caesari fuit grata, ut victor cum privatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis filium et Q. Ciceronem ex Pompeji castris concesserit. Sic vetere instituto vitae effugit nova pericula.

Cap. VIII. [Secutum est illud,] occiso Caesare, cum 1 respublica penes Brutos videretur esse et Cassium ac A. U. c. 708. tota civitas se ad eos convertisse videretur, sic M. Bruto 2 usus est, ut nullo ille adolescens aequali familiarius,

---

Lamb. — Med. 2: *sibi junctum.* — Ms. Ernst.: *non junctus.* — Ed. Corn. Rom. Med.: *convinctum.* — *nullum ab eo.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. C. omnesque ante Lamb. ed., qui *nullum enim ab eo* dedit. — Ed. Ven. 1499: *Nullum q* (*que* per compendium redditum) *ab eo habebat ornamentum.* — Ms. Ernst.: *auctoramentum* pro *ornamentum.* — *ceteri.* Voss. C: *exteri.* — *ceperant.* Leid. 2: *ceperunt.*

§. 3. *quies.* Voss. C: *quos.* — *imperaret.* Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478: *impetraret.* — *huic non solum.* Leid. 2: *huic non solum non.* — *sororis filium et Q. Ciceronem.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 1. Ed. p. s. a. Rom. Long. — Leid. 2: *sororis filium Q. que Ciceronem.* — Voss. C: *sororis Q. et filium Ciceronem.* — Ed. p. 1470. et Manut.: *sororis filium Q. Ciceronem.* — Ed. Corn. Arg.: *sororis filium et Q. Ciceronis.* — Lamb. Schott. Boecl.: *sororis et Q. Ciceronis filium.* — *vitae effugit.* Leid. 2: *regit.* — Ed. antiq. Jens. 1478. *vitae* om. — Ed. Rom.: *Pompei* pro *Pompeji.*

Cap. VIII.

§. 1. *Secutum est illud.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. 1470. Corn. Arg. Long. Lamb. Schott. — Ms. Sciopp. et Ernst. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix. Paris.: *Secutum est illud tempus.* — Ego haec verba ut insititia uncis inclusi. — *cum respublica.* Ed. antiq. Jens. 1478. Par.: *quo resp.* — Ed. Corn.: *quando resp.* — *Brutos.* Sic Gu. et Edd. praeter Jens. 1478. Brix. Paris.; quae cum Ms. Mendos. *Brutum* habent. — *ad eos.* Sic Leid. 1. Gif. — Gu. Leid. 2. Voss. A. C. et Edd. ante Bos.: *ad eum.* — *convertisse videretur.* Sic Codd. et Edd. vett. — Bosius sine ulla auctoritate: *convertisset.*

§. 2. *haberet.* Leid. 2: *habebat.* — *in convictu.* Med. 1: *in conjunctis.*

quam hoc sene, neque solum eum priucipem consilii
3 haberet, sed etiam in convictu. Excogitatum est a quibusdam, ut privatum aerarium Caesaris interfectoribus ab equitibus Romanis constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si et principes ejus ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est a C. Flavio Bruti fami-
4 liari Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis praestanda sine factione existimaret semperque a talibus se consiliis removisset, respondit: si quid Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usurum quantum hae paterentur: se neque cum quoquam de ea re collocuturum neque coiturum. Sic ille consensionis
5 globus hujus unius dissensione disjectus est. Neque multo post superior esse coepit Antonius, ita ut Brutus et Cassius provinciarum, quae iis necis caussa datae erant a consule, desperatis rebus in exsilium proficisce-
6 rentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre

---

§. 3. *ab equitibus.* Mendos. Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Paris. *ab* om. — *ejus ordinis.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Corn. Par. — Ed. p. 1470. Arg. ut vulg.: *illius ordinis.* — *a C. Flavio.* Sic Gu. Ed. p. 1470. — Voss. A. Ed. Corn. Arg.: *a G. Flavio.* — Ed. p. s. a. Brix.: *a Q. Flavio.* — Voss. C. *a* om.

§. 4. *officia amicis.* Med. 1: *amoris officia.* — Ed. antiq. Brix.: *amicis officia.* — *hae paterentur.* Sic Gu. Mendos. utraq. pr. Corn. Arg. Long. — Voss. C: *se haec paterentur.* — *se neque.* Sic Leid. 2. Ed. p. s. a. Lamb. cum Cic. opp. — Gu. Mendos. Ed. p. 1470. Corn. Arg. Long. Lamb. Schott. Boecl.: *sed neque.* — *cum quoquam.* Mendos.: *cum quo.* — Leid. 2: *eum quoquam.* — *hujus unius.* Ed. antiq. et Jens. 1478. Par.: *hujusce unius.* — *disjectus est.* Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. *est* om.

§. 5. *Brutus.* Ms. Ernst.: *Bruti.* — *necis caussa.* Sic Gu. Gif. Sav. Put. Med. 1. 2. Ernst. Leid. 2. Voss. A. C. omninoque omnes codd. et Edd. ante Lamb., qui e conj. Cujacii dedit *dicis caussa.* — Pro *iis* Gu.: *his.* — *a consule.* Sic Gu. Mendos. Med. 1. 2. Leid. 2. Voss. A. utraq. pr. Corn. Arg. — Vulgo *a consulibus.*

§. 6. *sestertium.* Gu.: *sexcentia.* — Ed. antiq.: *sestertia.* — Ed. Corn.: *sextercia.* — *muneri.* Med. 1: *numerari.* — *Epiro.* Leid. 2: *Epyreo.* — *jussit.* Voss. A. om.

noluerat florenti illi parti, abjecto Bruto Italiaque cedenti, sestertium centum millia muneri misit. Eidem in Epiro absens trecenta jussit dari neque eo magis potenti adulatus est Antonio neque desperatos reliquit.

Cap. IX. Secutum est bellum gestum apud Mutinam. 1
In quo si tantum eum prudentem dicam, minus quam debeam praedicem, cum ille potius divinus fuerit, si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quae nullis casibus agitur neque minuitur. Hostis Antonius 2
judicatus Italia cesserat: spes restituendi nulla erat. Non solum [ejus] inimici, qui tum erant potentissimi et plurimi, sed etiam qui adversariis ejus se dabant et in eo laedendo aliquam consecuturos sperabant commoditatem, Antonii familiares insequebantur, uxorem Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam exstinguere parabant. Atticus cum Ciceronis intima familiari- 3
tate uteretur, amicissimus esset Bruto, non modo nihil

Cap. IX.

§. 1. *Mutinam.* Gu. Med. 1. 2. Voss. A: *Numidiam.* — Voss. C: *Mundiam.* — *cum ille.* Voss. C: *quamquam ille.* — *agitur.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. C. et omnes Edd. ante Lamb. — Ms. Ernst.: *neque agitatur.* — Voss. A: *augetur.* — Ed. Lamb. ut vulgo: *neque agitur.* — Ed. Gebh. Keuch.: *casibus augetur.*

§. 2. *restituendi.* Leid 2: *restituenda.* — *ejus inimici.* Sic videtur Ms. Mendos. Ed. Lamb. Schott. Boecl. — Gu. Leid. 2. Voss. A. C. utraq. pr. Corn. Arg. Long. *ejus* om. — *tum.* Sic Gu. Mendos. Ed. p. s. a. — Voss. C: *dum.* — Ed. p. 1470. Rom. Long.: *tamen.* — *etiam qui.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. et Edd. ante Lamb., qui *etiam amici* dedit, quem secuti sunt Schott. Boecl. al. — *ejus se.* Voss. A. *se* om. — *et in eo.* Mendos. Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Brix. *et* om. — *aliquam.* Sic Gu. Mend. Leid. 2. Voss. A. C. utraq. pr. Long. — Lamb. et seqq.: *se aliquam.* — Ed. Corn. Arg. Bardil. *se* ante *sperabant* addunt. — *commoditatem.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. et Edd. omnes ante Bos. — Gif. ut vulg.: *commendationem.* — Leid. 1: *commendationem vel commoditatem.* — *Antonii familiares.* Sic Gu. Gif. Leid. 1. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Corn. Arg. Ed. p. 1470. Long. — Lamb. Schott. Boecl.: *ejus familiares.* — Gebh. Keuch.: *familiares.* — *insequebantur.* Sic Gu. Gif. Leid. 1. Ed. p. s. a. Corn. Arg. — Ed. p. 1470. Long.: *sequebantur.*

iis indulsit ad Antonium violandum, sed e contrario fa-
miliares ejus ex urbe profugientes quantum potuit texit,
4 quibus rebus indiguerunt adjuvit. P. vero Volumnio ea
tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi
autem Fulviae, cum litibus distineretur magnisque terro-
ribus vexaretur, tanta diligentia officium suum praestitit,
ut nullum illa stiterit vadimonium sine Attico, hic spon-
5 sor omnium rerum fuerit. Quin etiam cum illa fundum
secunda fortuna emisset in diem neque post calamita-
tem versuram facere potuisset, ille se interposuit pecu-
niamque sine fenore sineque ulla stipulatione credidit
maximum existimans quaestum memorem gratumque co-
gnosci simulque aperire se non fortunae, sed hominibus
6 solere esse amicum. Quae cum faciebat, nemo eum
temporis caussa facere poterat existimare. Nemini enim
in opinionem veniebat Antonium rerum potiturum. Sed
7 sensim is a nonnullis optimatibus reprehendebatur, quod
parum odisse malos cives videretur.

---

§. 4. *distineretur.* Leid. 2. Ernst.: *detineretur.* — Med. 2. Ed. Corn. Arg.: *destinaretur.* — *vexaretur.* Ed. Jens. 1478. Brix. Par.: *versaretur.* — *stiterit.* Sic Gu. Gif. Ernst. — Savar.: *steterit.* — Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. et edd. omnes ante Lamb.: *praestiterit.* — *hic sponsor.* Sic a Lamb. scriptum est. — Gu.: *Attico sponsor omnium rerum fuit.* — Ed. p. s. a.: *ut sponsor omnium rerum fuerit.* — Ed. p 1470. Long.: *sponsor omnium rerum fuerit.* — Ed. Corn. Arg.: *qui sponsor omnium rerum fuerit.*

§. 5. *Quin etiam.* Sic Ed. p. 1470. Jens. 1478. Paris. — Gu.: *quid enim.* — Voss. A. Ed. p. s. a. antiq.: *quod etiam.* — *fundum.* Leid. 1. om. — *secunda fortuna.* Mendos. Voss. A. om., quae tamen verba Gu. Ed. pr. utraq. Arg. Long. al. habent. — *versuram.* Med. 1. 2. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. utraq. p.: *usuram.* — *credidit.* Sic Gu. Mendos. et omnes Edd. ante Lamb., qui *ei credidit* scripsit.

§. 6. *eum temporis.* Leid. 2: *eum in opinionem temporis.* — *Nemini enim in opinionem.* Mendos. Ed. antiq. Jens. 1478.: *Neminis enim opinioni.* — Leid. 2. Voss. A. Ed. p. s. a.: *nemini en. opinioni.* — Brix. Par.: *hominis enim opinioni.*

§. 7. *sensim is.* Sic Gu. Gif. Voss. A. Ed. p. 1470. Corn. Arg. al. — Voss. C: *sensum is.* — Med. 2. *is* om. — Sim. Bos. Grut. Gebh. Keuch.: *sensus ejus.* — *reprehendebatur.* Gu. Mendos.

Cap. X. Ille autem sui judicii potius quid se facere 1
par esset intuebatur, quam quid alii laudaturi forent. Conversa subito fortuna est. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis et Bruti. Itaque 2
ad adventum imperatorum de foro decesserat timens proscriptionem latebatque apud P. Volumnium, cui, ut ostendimus, paullo ante opem tulerat (tanta varietas iis temporibus fuit fortunae, ut modo hi, modo illi in summo essent aut fastigio aut periculo): habebatque secum Q. Gellium Canum, aequalem simillimumque sui. Hoc quo- 3
que sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam aetatem amicitia eorum creverit. Antonius au- 4
tem etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei, sed etiam omnibus ejus amicis esset inimicus eosque vellet proscribere, multis hortantibus tamen Attici

---

Voss. A. C: *ejus reprehendebatur.* — **Med. 1. 2**: *ejus rei reprehendebatur.* — **Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Par.** *ejus rei* **om.**

Cap. X.

§. 1. *quid se.* **Ed. antiq. Jens. 1478. Brix.**: *quod se.* — *quid alii laudaturi forent.* **Sic Gu. Ed. p. 1470. Corn. Arg. Long. Lamb.** — **Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix. al.**: *quid alieni foret.* — *conversa subito.* **Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Lamb.** — **Leid. 1. Ed. p. 1470. Long. al.** *subito* **om.** — *fortuna est.* **Gif.** *est* **om.** — *in periculo.* **Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. utraq. pr. Corn. Long. Lamb. al.** — **Mendos. Voss. C.** *in* **om.** — *Atticum.* **Sic omnes Codd. et Edd. ante Lamb., qui** *Atticum futurum* **scripsit.**

§. 2. *iis temporibus.* **Gu. Mendos. Ed. p. 1470. antiq. Long.**: *his temporibus.* — *modo hi.* **Gu.**: *modo hii.* — **Voss. A. Ed. Rom.**: *modi ii.* — *habebatque.* **Ed. Brix. Gebh. Keuch.** *que* **om.** — *Q.* **Sic Gu. Voss. C.** — **Mendos.**: *Quinctum.* — **Gif. (Leid. 2. Voss. A.?) praenomen om.** — *Gellium.* **Sic Gu. Gif. Mendos.** — **Voss. C**: *Sellium.* — **Leid. 2. Voss. A**: *Gelum.* — **Ed. p. 1470**: *Gelium.* — *Canum.* **Sic Gu. Gif. Mendos. Ed. p. 1470.** — **Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Long. Corn. Lamb. Schott. Boecl.**: *Canium.*

§. 3. *puerum.* **Voss. C**: *puer.* — *cognorat.* **Sic Gu. Ed. p. 1470. Long.** — **Vulgo**: *cognoverat.*

§. 4. *non solum ei.* **Voss. C**: *non solum eis.* — *etiam omnibus*

memor fuit officii et ei, cum requisisset ubinam esset, sua manu scripsit, ne timeret statimque ad se veniret: se eum et illius caussa Gellium Canum de proscriptorum numero exemisse. Ac ne quod periculum incideret,
5 quod noctu fiebat, praesidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem carissimum habebat, praesidio fuit. Neque enim suae solum a quoquam auxilium petiit salutis, sed conjuncti, ut appareret nullam sejunctam sibi ab eo velle fortunam.
6 Quod si gubernator praecipua laude fertur, qui navem ex hieme marique scopuloso servat, cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit?

1 Cap. XI. Quibus ex malis ut se emerserat, nihil aliud egit quam ut plurimis quibus rebus posset esset auxilio. Cum proscriptos praemiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit,
2 nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est; qui

---

ejus amicis. Sic Gu. Gif. Med. 1. 2. (Voss. A. C.?) Ed. antiq. — Leid. 2. Ed. p. 1470. Long.: *etiam omnibus suis amicis.* — *se eum et illius caussa.* Ms. Sciopp. Ernst.: *se eum et ejus caussa.* — Gu. Gif.: *se eum et illius Canum.* — Ed. p. s. a. antiq.: *se eum Gellium Canum.* — Altera pr. Jens. 1478. Brix. Paris.: *se eum et Gellium Canum.* — Ed. Corn. Arg. Long. Lamb. al.: *se eum et Gellium Canium.* — Gu. Gif. *Gellium* om. — Voss. C: *Galium.* — *exemisse ac.* Leid. 2: *exemisset at.* — *quod periculum.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. et omnes Edd. ante Lamb. — Voss. C. ut vulg.: *quod in periculum.* — *ei misit.* Med. 2: *eis misit.* — Voss. C: *et misit.*

§. 5. *sed etiam ei.* Ed. antiq. Jens. 1478. Brix.: *sed et ei.* — Paris.: *sed ei.* — *praesidio fuit.* Gif.: *praesidium fuit,* et supra scriptum: *vel praesidio.* — *Neque enim.* Leid. 2. *enim* om. — *conjuncti.* Sic Gu. Mendos. Manut. — Ed. antiq. Jens. 1478: *convicti.* — Vulgo: *conjunctim.* — *velle fortunam.* Sic Gu. Voss. A. C. et Edd. ante Lamb., qui *velle esse fortunam* scripsit.

§. 6. *tamque.* Ed. p. a. 1470: *tantisque.*

Cap. XI.

§. 1. *Quibus ex.* Mendos.: *Qui ex.* — *ut se emerserat.* Sic Gu. Ernst. Ed. p. 1470. Long. — Gif. Leid. 2. Voss. C. Ed. Corn. Arg.: *ut se emerserit.* — Ed. p. s. a. antiq., Jens. 1478.

etiam post proelium Philippense interitumque C. Cassii
et M. Bruti L. Julium Mocillam praetorium et filium ejus
Aulumque Torquatum ceterosque pari fortuna perculsos
instituerit tueri atque ex Epiro his omnia Samothraciam
supportari jusserit. Difficile est omnia persequi et non 3
necessaria. Illud unum intelligi volumus illius liberalita-
tem neque temporariam neque callidam fuisse. Id ex 4
ipsis rebus ac temporibus judicari potest, quod non flo-
rentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit: qui
quidem Serviliam Bruti matrem non minus post mortem
ejus, quam florente coluerit. Sic liberalitate utens nullas 5
inimicitias gessit, quod neque laedebat quemquam ne-
que, si quam injuriam acceperat, non malebat oblivisci,

Brix.: *ut saepe emerserit.* — *imperatorum.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Long. Paris. — Mendos. Med. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. antiq., Jens. 1478. Brix.: *imperatoris.* — *res ulla.* Voss. C: *res nulla.* — Ed. p. s. a. Ed. Brix.: *re ulla.*

§. 2. *qui etiam.* Gu. Mendos. utraq. pr. Corn. Arg. Long. Lamb. al.: *quin etiam.* — *praetorium.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. utraq. pr. — Ed. Lamb. Schott. al.: *praetorem.* — *filium ejus.* Sic Gu. Ed. p. 1470. et Long. — Vulgo: *ejus filium.* — *perculsos.* Sic Gu. et Edd. — Voss. C: *percussos.* — *instituerit.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. utraq. pr. Arg. Long. — Voss. A: *instituit.* — Voss. C: *instituerunt.* — Ed. Gebh. Keuch.: *institerit.* — Lamb.: *instituit.* — *his omnia.* Sic Gu. Leid. 1. Voss. C. utraq. pr. — Ed. Rom. Long.: *iis omnia.* — Leid. 2. Voss. A. Ed. Lamb.: *his omnibus.* — *jusserit.* Sic Codd. et Edd. — Lamb.: *jussit.*

§. 3. *Difficile est.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Brix. — Ed. pr. 1470. Arg. Long. Lamb. al.: *difficile est enim.* — *persequi.* Voss. A. Ed. Rom. Arg.: *prosequi.* — *necessaria.* Sic Codd. et Edd. — Long. Bardil. Brem.: *necessarium,* ut Lamb. conjecerat. — *neque temporariam.* Ed. pr. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix. om.

§. 4. *venditavit.* Leid. 2. Ed. utraq. pr. Arg.: *vendicavit.* — Ed. Corn.: *vindicavit.* — Mendos.: *vendicarat.* — *florente.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Rom. Arg. Lamb. — Ernst.: *eo florente.* — Ed. p. 1470. Jens. 1478. Brix. Long. al.: *florentem.*

§. 5. *liberalitate.* Gu. et Edd. vett. — Ed. Rom.: *liberalitatem.* — Leid. 2: *libertate.* — *non malebat oblivisci, quam ulcisci.*

quam ulcisci. Idem immortali memoria percepta retinebat beneficia; quae autem ipse tribuerat, tamdiu memi-
6 nerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur: *Sui cuique mores fingunt fortunam.* Neque tamen prius ille fortunam, quam se ipse finxit; qui cavit, ne qua in re jure plecteretur.

1 Cap. XII. His igitur rebus effecit, ut M. Vipsanius Agrippa intima familiaritate conjunctus adolescenti Caesari cum propter suam gratiam et Caesaris potentiam nullius conditionis non haberet potestatem, potissimum ejus deligeret affinitatem praeoptaretque equitis Romani
2 filiam generosarum nuptiis. Atque harum nuptiarum conciliator fuit (non est enim celandum) M. Antonius triumvir reipublicae [constituendae]: cujus gratia cum augere possessiones posset suas, tantum abfuit a cupiditate pe-

---

Sic Gu. Leid. 1. Ed. p. 1470. Rom. Long. — Mendos. (Leid. 2. Voss. A. C.?): *non malebat ulcisci, quam oblivisci.* — Lamb. Boecl. Schott.: *malebat ulcisci, quam oblivisci.* — Ed. p. s. a. et Paris.: *malebat ulcisci,* omissis verbis: *quam oblivisci.* — *percepta.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. Ed. p. 1470. Corn. Brix. Arg. Paris. Long. — Voss. C. Ed. antiq. Jens. 1478. Lamb. Schott. al.: *praecepta.* — *tamdiu.* Leid. 2: *tamdiu ipse.*

§. 6. *fingunt fortunam.* Gu. Gif.: *fingunt fortunam hominibus.* — Ed. p. a. 1470: *finguntur. Fortuna hominibus neque tamen.* — *prius ille.* Gif.: *ille prius.* — Ed. antiq. Jens. 1478. Paris.: *Nec tamen ille prius.* — *ne qua in re jure plecteretur.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Lamb. al. — Ed. p. 1470. Long. Rom. al. *jure* om.

Cap. XII.

§. 1. *effecit.* Sic Leid. 2. — Ed. Rom. Long.: *His igitur rebus.* — *Vipsanius.* Leid. 2. om. — *deligeret.* Sic Gu. Leid. 2. Ed. Jens. 1478. Paris. Lamb. Schott. — Mendos. Ed. p. 1470. antiq. Arg. Long. al.: *diligeret.* — *praeoptaretque.* Ed. p. 1470. Long.: *peroptaretque.* — *generosarum.* Sic Gu. Mendos. Voss. A. C. — Ed. utraq. p. Corn. Brix. Arg. Long. Lamb. Schott.: *generosam.*

§. 2. *non est enim.* Sic Gu. Mendos. Gif. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix. — Ed. p. 1470. Paris. Long.: *non enim est.* — *reipublicae constituendae.* Gu. Leid. 1. 2. Voss. A. C. et fortasse omnes codd. et Edd. ante Lamb. *constituendae* om., quod ex conj. Puteani Lamb. inseruit. — *tantum abfuit.* Med. 2:

cuniae, ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis. Quod quidem 3 sub ipsa proscriptione perillustre fuit. Nam cum L. Saufeji equitis Romani aequalis sui, qui complures annos studio ductus philosophiae Athenis habitabat habebatque in Italia pretiosas possessiones, triumviri bona vendidissent consuetudine ea, qua tum res gerebantur, Attici labore atque industria factum est, ut eodem nuntio Saufejus fieret certior se patrimonium amisisse et recuperasse. Idem L. Julium Calidum, quem post Lucretii Ca- 4 tullique mortem multo elegantissimum poetam nostram tulisse aetatem vere videor posse contendere, neque minus virum bonum optimisque artibus eruditum, post proscriptionem equitum propter magnas ejus Africanas

---

tam abfuit. Leid. 2. Mendos. Voss. A: *afuit.* — Gu. Med. 2. et Edd. ante Lamb.: *abfuit.* — Pro *tantum* Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix.: *tamen.* — *deprecandis.* Leid. 2: *precandis.*

§. 3. *sub ipsa proscriptione.* Sic Gu. Voss. A. C. et Edd. omnes ante Lamb. — Leid. 2: *sub illa proscriptione.* — Lamb. Schott. Boecl.: *sub ipsam proscriptionem.* — *Saufeji.* Leid. 2: *Saufrio.* — Ed. antiq. Brix. Long. Arg. Corn.: *Saufei.* — *qui complures annos.* Sic Gu. et fortasse omnes codd. et Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix. — Ed. p. 1470. Paris. Long.: *qui cum plures annos.* — Bos. ex conj. Ursini: *qui cum eo complures annos.* — *Athenis habitabat.* Sic Ed. Corn. Arg. Lamb. Schott. Boecl. — Codd. et cett. Edd. *Athenis* om. videntur. — *in Italia.* Voss. C: *in Italiam.* — *res gerebantur.* Leid. 2. *res* om. — *factum est.* Sic Gu. et omnes ante Boecl. — Leid. 2. Voss. A. C. Ed. Boecl. Heusing. *est* om. — *Saufejus.* Mendos. Ed. Corn. Arg.: *Saufeus.* — Leid. 2: *Saufrius.* — *certior.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Paris. — Mendos. Med. 2. Leid. 2. Voss. A. (in marg.: *al. certior*) C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Corn. Brix.: *clarior.*

§. 4. *L. Julium Calidum.* Sic Gu. — Gif. Mendos. Voss. A. C. Leid. 2. Ed. p. s. a. Corn. Arg. Long. Lamb. Schott. al.: *L. Julium Calidium.* — Ed. p. 1470: *Batium Julium Calidum.* — *Catullique.* Leid. 2: *Catulique.* — *post proscriptionem.* Sic Ed. p. 1470. et Paris. — Gu. Gif. Ed. Corn. Arg.: *quem post proscriptionem.* — Leid. 2: *quem post proscriptiones.* — Voss. C: *quem post perscriptionem.* — Ed. p. s. a. antiq.: *quem proscriptionem.* — Jens. 1478: *quam proscriptionem.* — *a P. Volumnio.* Leid. 2. *a* om. — *relatum.* Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. om.

possessiones in proscriptorum numerum a P. Volumnio, praefecto fabrum Antonii, absentem relatum expedivit.
5 Quod in praesenti utrum ei laboriosus, an gloriosius fuerit difficile fuit judicare, quod in eorum periculis non secus absentes quam praesentes amicos Attico esse curae cognitum est.

1 Cap. XIII. Neque vero minus ille vir bonus paterfamilias habitus est quam civis. Nam cum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus aedificator. Neque tamen non in primis bene habitavit omnibusque
2 optimis rebus usus est. Nam domum habuit in colle Quirinali Tamphilanam ab avunculo hereditate relictam; cujus amoenitas non aedificio, sed silva constabat. Ipsum enim tectum antiquitus constitutum plus salis quam sumptus habebat: in quo nihil commutavit, nisi si quid vetu-
3 state coactus est. Usus est familia, si utilitate judicandum est, optima: si forma, vix mediocri. Namque in ea erant pueri litteratissimi, anagnostae optimi et plurimi librarii, ut ne pedisequus quidem quisquam esset, qui

---

§. 5. *Quod in praesenti utrum.* Sic Gu. et pleraeq. vett. Edd. — Ed. p. s. a. Jens. 1478. Brix. Paris.: *quod impetratum ei,* quod Heusing. et Titz. receperunt. — Ed. antiq.: *quod impetratim ei.*

Cap. XIII.

§. 1. *Neque vero minus.* Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. Ed. p. 1470. *minus* om. — Ed. p. s. a. *vero* om. — *habitus est.* Leid. 2. *est* om. — *illo.* Voss. A: *ille.*

§. 2. *In colle.* Sic Gu. Leid. 2. Ed. p. 1470. Arg. Paris. — Mendos. Med. 1. 2. Voss. A. (in marg. *al. colle.*) C. Ed. p. s. a. antiq., Jens. 1478. Corn. Brix.: *in valle.* — *Tamphilanam.* Gu. Gif. Leid. 2. Voss. A. Med. 2. Ed. p. 1470. antiq. Jens. 1478. Brix.: *Tamphilianam.* — Med. 1: *Tamphiliam.* — Voss. C: *Tamphilarem.* — Ed. Corn. Arg. Paris. Long.: *Pamphilianam.* — Ms. Ernst.: *Caecilianam.* — Lamb. Schott. Boecl. seqq.: *Tamphilanam.* — *antiquitus.* Med. 1: *antiquitatis.* — Voss. C: *antiquis.* — *nisi si quid.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Paris. Lamb. — Ed. p. 1470. Long. al.: *nisi si quidem.* — Boecl.: *nisi quid.*

§. 3. *Usus est familia — judicandum est.* Leid. 2. om. — *pedisequus.* Gu. Ed. Brix. Rom. Arg. Long. et cett. ante Lamb.:

non utrumque horum pulchre facere posset. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni. Neque tamen horum quemquam nisi domi 4
natum domique factum habuit: quod est signum non solum continentiae, sed etiam diligentiae. Nam et non intemperanter concupiscere, quod a plurimis videas, continentis debet duci, et potius diligentia, quam pretio parare non mediocris est industriae. Elegans, non magni- 5
ficus; splendidus, non sumptuosus: omni diligentia munditiam, non affluentiam affectabat. Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conspici posset. Nec prae- 6
teribo, quamquam nonnullis leve visum iri putem, cum in primis lautus esset eques Romanus et non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines invitaret, [scimus] non amplius quam terna millia aeris peraeque in singulos menses ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum. Atque hoc non auditum, sed co- 7
gnitum praedicamus. Saepe enim propter familiaritatem domesticis rebus interfuimus.

---

pedissequus. — *utrumque horum.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Corn. Arg. Long. Lamb. al. — Mendos. Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478: *utrum horum.* — *desiderat.* Mendos.: *desyderat.* — Med. 2: *desiderabat.* — Ed. Jens. 1478: *desiderare.*

§. 4. *intemperanter.* Gu. Mendos. Med. 1. 2. Voss. 3: *imperanter.* — Ms. Ernst.: *imperative.* — *a plurimis.* Sic etiam Gu. Mendos. Ed. p. s. a. al. — Ed. p. 1470. Manut. Long.: *a pluribus.* — *et potius.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Corn. Arg. Paris. Long. Lamb. Schott. Boecl. — Mendos. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix. *potius* om.

§. 5. *omni diligentia.* Gif.: *omnisque diligentia.* — *munditiam.* Sic Gu. — Boecl. sine ulla codd. auctoritate: *munditiem.* — *affluentiam.* Sic Gu. Mendos. Med. 1. 2. Mss. Sciopp. Ernst. Voss. C. utraq. pr. — Leid. 2: *affluentes.* — Ed. Rom. Ven. Long. Lamb. Schott.: *affluentem.* — *affectabat.* Ernst.: *allectabat.* — *modica.* Sic Gu. Gif. Mendos. Ed. p. 1470. Rom. Ven. Lamb. Schott. Boecl. — Ed. p. s. a. Long. Gebh.: *non modica.*

§. 6. *Nec praeteribo.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. C. et omnes ante Lamb., qui *Nec hoc praeteribo* scripsit. — *domum suam.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. utraq. p. Rom. Lamb.

1 Cap. XIV. Nemo in convivio ejus aliud acroama au-
divit, quam anagnosten; quod nos quidem jucundissimum
arbitramur. Neque unquam sine aliqua lectione apud
eum coenatum est, ut non minus animo quam ventre
2 convivae delectarentur. Namque eos vocabat, quorum
mores a suis non abhorrerent. Cum tanta pecuniae facta
esset accessio; nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de
vitae consuetudine tantaque usus est moderatione, ut
neque in sestertio vicies, quod a patre acceperat, pa-
rum se splendide gesserit neque in sestertio centies af-
fluentius vixerit, quam instituerat, parique fastigio steterit
3 in utraque fortuna. Nullos habuit hortos, nullam subur-
banam aut maritimam sumptuosam villam neque in Italia
praeter Arretinum et Nomentanum rusticum praedium
omnisque ejus pecuniae reditus constabat in Epiroticis
et urbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest usum
eum pecuniae non magnitudine, sed ratione metiri so-
litum.

---

al. — Long. Manut.: *in domum suam.* — *terna.* Ed. antiq. Brix.: *tria.* — *ferre.* Voss. C: *fore.*

Cap. XIV.

§. 1. *aliud.* Leid. 2: *aliquid.* — *ejus.* Voss. C. om. — *acroama.* Ed. Long. Manut. Gebh. al.: *ἀκρόαμα.* — *anagnosten.* Gu.: *anagostē.* — Voss. C: *agonasten.* — *jucundissimum.* Gu. Leid. 2. Voss. A. Ed. antiq. Corn. Brix. Paris.: *jocundissimum.* — *unquam.* Voss. C: *nunquam.*

§. 2. *pecuniae.* Voss. C: *pecunia.* — *in sestertio vicies.* Sic videntur codd. et Edd. vett. pleraeq. — Ed. Rom. Long.: *II S vicies.* — Ed. Corn. Arg. utroque loco: *in sextertio vicies.* — *gesserit.* Voss. C: *gessit.*

§. 3. *habuit.* Ed. p. 1470. Rom. Col. Long.: *habuerit.* — Gu. Gif. p. s. a.: *habuit.* — *hortos.* Leid. 2. Ed. antiq. Corn. Arg.: *ortos.* — *Arretinum.* Sic Mendos. Voss. A. Ed. p. s. a. antiq. — Gu. Med. 1. 2. Ed. p. 1470. Jens. 1478. Brix.: *Aretinum.* — Gif.: *Arrentinum.* — Voss. C: *Arietinum.* — Ed. Corn.: *Ardatinum.* — Ed. Rom. Ven. Arg. Paris. Long. Lamb. ut vulg.: *Ardeatinum.* — *omnisque.* Ed. Jens. 1478. Brix. Paris.: *omnesque* — *constabant.* — *Epiroticis.* Ed. p. s. a. et antiq.: *Epyrotheis.* — Ed. Corn. Arg.: *Epyroticis.* — *et urbanis.* Leid. 2. *et* om. — *usum eum.* Sic Gu. Gif. Mendos. Voss. A. C. Leid. 2. Ed. antiq. Corn.

Cap. XV. Mendacium neque dicebat neque pati po- 1
terat. Itaque ejus comitas non sine severitate erat neque gravitas sine facilitate, ut difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur, an amarent. Quidquid rogabatur religiose promittebat, quod non liberalis, sed levis arbitrabatur polliceri, quod praestare non posset. Idem in nitendo, quod semel admisisset, tanta erat 2
cura, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. Nunquam suscepti negotii eum pertaesum est. Suam enim existimationem in ea re agi putabat, qua nihil habebat carius. Quo fiebat, ut omnia Ciceronum, Catonis 3
Marci, Q. Hortensii, Auli Torquati, multorum praeterea equitum Romanorum negotia procuraret. Ex quo judicari poterat non inertia, sed judicio fugisse rei publicae procurationem.

Arg. al. — Ed. p. 1470. Long. Lamb. Schott. al.: *eum usum.* — *metiri.* Voss. C: *meriti.* — *solitum.* Leid. 2: *solum.*

Cap. XV.

§. 1. *an amarent.* Sic Gu. Leid. 2. Ed. p. 1470. Paris. Long. — Mendos. Voss. A. C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Corn. Arg. Lamb. al.: *quam amarent.* — Ms. Ernst.: *an vero amarent.* — *polliceri.* Voss. C: *pollicetur.*

§. 2. *admisisset.* Sic Gu. Leid. 2. Ed. Rom. Corn. Ven. Arg. Long. Lamb. Schott. — Leid. 1. Gif. Voss. A. C. Ed. p. s. a. ut vulg.: *annuisset.* — Ed. p. 1470: *amisisset.* — *mandatam.* Med. 1: *mandatum.* — Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix.: *mandata.* — *Nunquam.* Sic Gu. Mendos. Ed. p. s. a. Lamb. al. — Ed. p. 1470. Long. Manut.: *nusquam.*

§. 3. *Ciceronum.* Sic Gu. Voss. C. Ed. p. s. a. et 1470. antiq. Long. Rom. Ven. — Mendos.: *ut non Ciceronem.* — Ed. Jens. 1478. Corn. Brix. Paris.: *Ciceronis.* — Lamb. Schott. Gebh. al.: *ut omnia M. et Q. Ciceronum.* — *Catonis Marci, Q. Hortensii.* Sic Gif. — Gu.: *Catonis Marci. q. Hortensii.* — Mendos. Voss. C: *Catonis M. que Hortensii.* — Ed. p. s. a. antiq. Long. Jens. 1478. Corn. Brix. Paris.: *Catonis Marcique Hortensii.* — Lamb. Schott. Boecl.: *Catonis, Hortensii.* — Gebh. Keuch. ut vulg.: *Catonis, Marii, Q. Hortensii.* — Heusing. Tzsch. Bardil. *Marii, Q.* uncis incluserunt. — *judicio fugisse.* Ms. Sciopp.: *judicio fugisse divino.*

1 Cap. XVI. Humanitatis vero nullum afferre majus
testimonium possum, quam quod adolescens idem seni
Sullae fuerit jucundissimus, senex adolescenti M. Bruto,
cum aequalibus autem suis, Q. Hortensio et M. Cicerone,
sic vixerit, ut judicare difficile sit, cui aetati fuerit aptis-
2 simus: quamquam eum praecipue dilexit Cicero, ut ne
3 frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior. Ei
rei sunt indicio praeter eos libros, in quibus de eo facit
mentionem, qui in vulgus sunt editi, sexdecim volumina
epistolarum ab consulatu ejus usque ad extremum tem-
pus ad Atticum missarum: quae qui legat non multum
4 desiderat historiam contextam illorum temporum. Sic
enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, mutatio-
nibus rei publicae perscripta sunt, ut nihil in iis non ap-
pareat et facile existimari possit prudentiam quodam-
5 modo esse divinationem. Non enim Cicero ea solum,
quae vivo se acciderunt, futura praedixit, sed etiam quae
nunc usu veniunt cecinit ut vates.

1 Cap. XVII. De pietate autem Attici quid plura com-

Cap. XVI.

§. 1 *jucundissimus*. Gu. Voss. A. C. Ed. antiq., Brix. Paris. — *judicare*. Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. Ed. utraq. pr. antiq., Jens. 1478. Brix. Paris. Long. Schott. al. — Voss. C: *judicaret*. — Ed. Lamb. Boecl. Bos.: *judicari*. — *difficile*. Ed. p. s. a. antiq. et Jens. 1478: *facile*.

§. 3. *sunt editi*. Sic Gu. Mendos. Ed. p. 1470. Long. — Ed. p. s. a. Corn. Arg. Lamb. al.: *jam sunt editi*. — *sexdecim*. Gu. Mendos. Med. 2. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. utraq. p. Rom. Corn. al.: *undecim*. — *desiderat*. Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. utraq. pr. Brix. Rom. Paris. — Vulgo: *desideret*. — *illorum*. Sic Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Lamb. Schott. al. — Gu. Ed. p. 1470. Long. Manut.: *eorum*.

§. 4. *mutationibus*. Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Arg. Lamb. al. — Ed. p. 1470. Rom. Long.: *aemulationibus*. — *perscripta*. Voss. C. Ed. p. s. a.: *scripta*. — *in iis*. Sic Voss. A. Ed. p. s. a. Corn. Arg. Lamb. al. — Gu. Ed. Rom. Long.: *in his*. — *quodammodo*. Gu. Mendos.: *quomodo*.

§. 5. *cecinit*. Leid. 2: *recinit*.

Cap. XVII.

§. 1. *vere*. Mendos.: *vero*. — *cum esset*. Gu. Mendos. Voss.

memorem? cum hoc ipsum vere gloriantem audierim in
funere matris suae, quam extulit annorum nonaginta,
cum esset septem et sexaginta, se numquam cum matre
in gratiam redisse, numquam cum sorore fuisse in si-
multate, quam prope aequalem habebat. Quod est si- 2
gnum aut nullam unquam inter eos quaerimoniam inter-
cessisse aut hunc ea fuisse in suos indulgentia, ut, quos
amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit 3
natura solum, quamquam omnes ei paremus, sed etiam
doctrina. Nam et principum philosophorum ita percepta
habuit praecepta, ut iis ad vitam agendam, non ad osten-
tationem uteretur.

Cap. XVIII. Moris etiam majorum summus imitator 1
fuit antiquitatisque amator: quam adeo diligenter habuit
cognitam, ut eam totam in eo volumine exposuerit, quo
magistratus ornavit. Nulla enim lex neque pax neque 2
bellum neque res illustris est populi Romani, quae non
in eo suo tempore sit notata et, quod difficillimum fuit,
sic familiarum originem subtexuit, ut ex eo clarorum vi-
rorum propagines possimus cognoscere. Fecit hoc idem 3
separatim in aliis libris, ut M. Bruti rogatu Juniam fami-
liam a stirpe ad hanc aetatem ordine enumeraverit no-

C. Ed. p. 1470. poster. et p. s. a. Paris. om. — *redisse*. Sic Gu. — Ed. antiq., p. 1470. Corn. Brix. Arg. Paris. Long. Lamb.: *rediisse*. — *aequalem*. Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Lamb. Schott. — Ed. p. 1470: *aetatem aequalem*. — Rom. Ven. Long. Manut.: *aetate aequalem*.

§. 2. *signum*. Ed. p. s. a., antiq., Jens. 1478: *in signum*. — *unquam* Voss. C: *nunquam*. — *hunc*. Ed. p. s. a. om.

§. 3. *habuit*. Sic etiam Gu. Mendos. al. — Ed. p. 1470. Long.: *habuerat*. — *iis*. Sic Voss. A. C. Mendos. — Gu. Ed. Rom. Ven. Long.: *his*.

Cap. XVIII.

§. 1. *volumine*. Voss. C: *voluminum*. — *ornavit*. Sic Codd. et Edd. — Voss. et Barth. conj.: *ordinarit*.

§. 3. *ut*. Ed. Jens. 1478. Brix. Paris. *ut* om. — *Juniam familiam*. Med. 1: *summarum familiarum a stirpe ad hanc aetatem ordinem enumeraverit*. — *enumeraverit*. Sic Gu. Med. 1. Leid. 2. Voss. A. C. Utraq. pr. antiq. Jens. 1478. Corn. Arg. Long.

tans qui, a quo ortus, quos honores quibusque tempori-
4 bus cepisset. Pari modo Marcelli Claudii, Marcellorum; Scipionis Cornelii et Fabii Maximi, Fabiorum et Aemiliorum. Quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui ali-
5 quam cupiditatem habent notitiae clarorum virorum. Attigit quoque poëticam, credimus, ne ejus expers esset suavitatis. Namque versibus qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi praestiterunt
6 exposuit, ita ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum non amplius quaternis quinisve versibus descripserit, quod vix credendum sit tantas res tam breviter potuisse declarari. Est etiam unus liber Graece confectus de consulatu Ciceronis.

1 Cap. XIX. Hactenus Attico vivo edita a nobis sunt. Nunc quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, re-

---

Lamb. Schott. — Ed. Paris. Boecl. ut vulg.: *enumeravit.* — *a quo.* Sic Gu. Voss. A. Lamb. Schott. al. — Voss. C. Utraq. pr. Long. al.: *a quoque.* — Leid. 2: *a quo ortus est.*

§. 4. *Marcelli Claudii, Marcellorum.* Sic Med. 2. — Gu. utraq. pr. antiq. Corn. Arg. Long.: *Marcelli Claudii* (Gu.: *Claudi*) *de Marcellorum.* — Brix. Paris.: *Marcelli Claudii et Marcellorum.* — *Maximi.* Voss. A: *Maximii.* — *Fabiorum et Aemiliorum.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Long. — Voss. A: *Fabiorum Aemiliorum.* — Gif. Mendos. Med. 2 Ed. pr. s. a. Corn. Arg. al.: *Fabiorum et Aemiliorum quoque.* — Lamb. Schott. Boecl. sine codd. auctorit.: *et Fabii Maximi, de Corneliorum et Fabiorum et Aemiliorum quoque.* — *iis, qui.* Gu. Leid. 2: *his, qui.* — *aliquam.* Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix.: *aliam.* — *cupiditatem.* Med. 2: *aviditatem.*

§. 5. *poëticam.* Sic Mendos. Leid. 2. Voss. A. Ed. antiq. al. — Voss. C: *peticam.* — Gu.: *poetice* et litterae *e* superscriptum: *l am.* — Ed. p. 1470. Arg. Long. ut vulg.: *poeticen.* — *ejus.* Mendos. om. — *rerumque.* Sic Gu. Mendos. et vett. Edd. — Manut. Gebh. *que* om.

§. 6. *quinisve.* Sic Gu. — Leid. 2. Voss. C. pleraeq. vett. Edd.: *quinisque.* — Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478: *quaternis cum isque versibus.* — *Est etiam unus liber.* Sic Gu. Ed. p. 1470. antiq. Long. Brix. — Voss. C: *Est et unus liber.* — Leid. 2. et Voss. A. *unus* om. — *de consulatu.* Voss. C. *de* om.

Cap. XIX.

§. 1. *edita a nobis.* Sic Gu. utraq. pr. Long. al. vett. —

liqua persequemur et quantum potuerimus rerum exem-
plis lectores docebimus, sicut supra significavimus, suos
cuique mores plerumque conciliare fortunam. Namque 2
hic contentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinita-
tem pervenit imperatoris Divi filii, cum jam ante fami-
liaritatem ejus esset consecutus nulla alia re, quam ele-
gantia vitae, qua ceteros ceperat principes civitatis di-
gnitate pari, fortuna humiliores. Tanta enim prosperitas 3
est consecuta, ut nihil ei non tribuerit fortuna, quod cui-
quam ante detulerit, et conciliarit quod civis Romanus
quivit consequi. Nata est autem Attico neptis ex Agrippa,
cui virginem filiam collocarat. Hanc Caesar vix annicu-
lam Tiberio Claudio Neroni, Drusilla nato, privigno suo

Leid. 2. Voss. A. Ed. Corn. Arg. Lamb. Schott. al.: *edita haec a nobis.* — *potuerimus.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. utraq. pr. antiq. Jens. 1478. Corn. Brix. Arg. Long. Lamb. Schott. al. — Mendos. Ed. Par. Boecl. Bos. al.: *poterimus.*

§. 2. *Divi filii.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. C. — Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix.: *duci filii.* — Ed. p. 1470. Paris.: *divi Julii,* voc. *filii* om. — Ed. Ven. Arg. Lamb. Long. Schott. Boecl.: *divi Julii filii.* — *qua.* Voss. C: *quae.* — *humiliores.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. utraq. pr. Long. — Ed. Corn. Arg. Lamb. Schott. al. ut vulg.: *humiliore.* — Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix. Paris.: *qua ceteros principes civitatis, dignitate pari, fortuna humiliores anteibat,* quod Titze recep.

§. 3. *prosperitas est consecuta.* Gu. Gif. Mendos. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix.: *prosperitas Caesarum cum est consecuta.* — Leid. 2: *prosperitas Caesarem cum est consecuta.* — Voss. C: *prosperitas Caesarum caussa est secutus.* — Ed. p. 1470. Arg. Paris. Long. Lamb. Schott.: *prosperitas Caesarem est consecuta.* — *tribuerit.* Gu. Ed. p. 1470. Long.: *tribueret.* — *quod civis Romanus quivit consequi.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Corn. Arg. Paris. Long. Lamb. Schott. Boecl. — Gif. Leid. 1: *quod nemo adhuc civis Romanus quivit consequi.* — Leid. 2: *quam nemo adhuc etc.* — Mendos.: *quam civis Romanus quivit consequi.* — Ed. p. s. a. antiq., Jens. 1478. Brix. verba: *quod — consequi* om. — *Nata est autem.* Sic Gu. Mendos. utraq. pr. Corn. Arg. Lamb. — Ed. Rom. Ven. Long. al.: *Nata autem est.* — *collocarat.* Sic Gu. Gif. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. — Ed. p. 1470. Long. al.: *collocavit.* — *anniculam.* Voss. C: *amiclam.* — *Tiberio.* Mendos. Voss. C. Ed. pr. s. a. Brix. Paris. om. — *Drusilla.* Gu.

despondit: quae conjunctio necessitudinem eorum sanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem.

1 Cap. XX. Quamvis ante haec sponsalia non solum cum ab urbe abesset, numquam ad suorum quemquam litteras misit, quin Attico mitteret, quid ageret, in primis quid legeret quibusque in locis et quamdiu esset mora-
2 turus; sed etiam cum esset in urbe et propter suas infinitas occupationes minus saepe quam vellet Attico frueretur, nullus dies temere intercesserit, quo non ad eum scriberet, cum modo aliquid de antiquitate ab eo requireret, modo aliquam quaestionem poëticam proponeret,
3 interdum jocans ejus verbosiores eliceret epistolas. Ex quo accidit, cum aedis Jovis Feretrii in Capitolio ab Ro-

---

Voss. A. C: *Drusilia.* — *sanxit.* Med.: *sic auxit, ut familiaritatem reddidit* etc. — Voss. A: *sansit.* — *familiaritatem.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Paris. cett. vett. Edd. — Ed. p. s. a. antiq., Jens. 1478: *familiaritudinem.*

Cap. XX.

§. 1. *cum ab urbe.* Voss. C: *quia ab urbe.* — *abesset.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Arg. Paris. Long. Lamb. al. — Mendos. Voss. C. Ed. p. s. a. antiq., Jens. 1478. Brix.: *esset.* — *litteras.* Voss. C: *litteris.* — *quin.* Leid. 2: *cum.* — *quid ageret etc.* Mendos. Ed. Rom. Brix. Paris. al. sic interpung.: *quid ageret inprimis: quid legeret.*

§. 2. *sed etiam.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Arg. Lamb. Schott. — Ed. p. 1470. Long. al.: *sed et.* — *propter suas infinitas.* Sic Gu. et omnes Edd. — Gif.: *propter infinitas suas.* — *nullus dies temere intercesserit.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Ven. Long. — Leid. 2. Voss. A. Ed. Corn. Arg.: *nullus dies tamen temere intercesserit.* — Voss. C. Ed. p. s. a.: *nullus dies tamen intercesserit.* — Mendos.: *nulla dies tamen intercessit.* — Ed. Rom. Gebh. Keuch. Patav. Bard. al.: *nullus dies temere intercessit.* — *cum modo.* Sic Leid. 1. — Gu.: *quomodo.* — Ed. utraq. p. Rom. Corn. Arg. Lamb. Schott.: *quo non aliquid.* — Ed. Long. Ven.: *quo aliquid.* — Lamb. in Cic. opp.: *modo aliquid,* sine *cum.* — *poëticam.* Voss. C: *petitam* (*peticam?* v. eund. cod. cap. 18, 5.). — *aliquam quaestionem.* Sic Gu. — Vulgo: *aliquam ei quaestionem.* — Ed. p. 1470. Ven. Long. Rom. pron. *ei* ante verbum *proponeret* habent. — *verbosiores.* Gu.: *verbosioris.*

§. 3. *aedis.* Sic Gu. Gif. Mendos. Ed. antiq., Jens. 1478. Brix. Corn. Arg. — Ed. p. s. a. et a. 1470. Paris. Long. al.:

mulo constituta vetustate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu Caesar eam reficiendam curaret. Neque vero a M. Antonio minus absens litteris co- 4
lebatur, adeo ut accurate ille ex ultimis terris, quid ageret curae sibi haberet certiorem facere Atticum. Hoc 5
quale sit facilius existimabit is, qui judicare poterit, quantae sit sapientiae eorum retinere usum benevolentiamque, inter quos maximarum rerum non solum aemulatio, sed obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit incidere necesse inter Caesarem atque Antonium, cum se uterque principem non solum urbis Romae, sed orbis terrarum esse cuperet.

---

aedes. — *ab Romulo.* Sic Gu. Mendos. Ed. utraq. pr. Corn. Arg. Long. al. — Ed. antiq , Jens. 1478. Brix. Paris.: *a Romulo.* — *constituta.* Sic Gu. et pleraeq. Edd. vett. — Mendos. Ed. Brix.: *constitutae.* — *detecta.* Mendos. Voss. C. Ed. p. s. a. antiq., Jens. 1478. Brix.: *tecta.* — *prolaberetur.* Mendos. Ed. antiq., Jens. 1478. Brix.: *prolaberentur.* — Voss. C: *probarentur.* — *admonitu.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Paris. Long. — Voss. A. Ed. antiq., Jens. 1478. Corn. Arg. Lamb. Schott. al.: *ammonitu.* — Voss. C: *monitu.*

§. 4. *vero a M.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Long. — Leid. 2. Mendos. Ed. Brix. al.: *vero ab M.* — Voss. C: *vobat* (lineola syllabae *vo* superscripta) *M.* — *colebatur.* Leid. 2: *colebatur.* — *ex ultimis terris.* Sic Ms. Ernst. [?] Ed. Gothofred. Grut. al. — Gu. Voss. C. Ed. p. 1470. Long. Lamb. Schott. Boecl.: *exul tum his terris.* — Mendos. Ed. Brix. Paris : *exul tum iis terris.* — Ed. p. s. a. antiq., Jens. 1478: *exultum iis terris.* — Leid. 2. Voss. A. Ed. Rom. Corn. Ven. Arg.: *exul eum litteris.* — *quid ageret curae sibi haberet certiorem facere Atticum.* Sic Gu. Mendos. Voss. C. Ed. p. s. a. Heusing. — Ed. p. 1470: *quid ageret curae sibi haberet certiorem faceret Atticum.* — Ed. Rom. Ven. Arg. Long. Lamb. al. ut vulg.: *quid ageret, quid curae sibi haberet, certiorem faceret Atticum.*

§. 5. *benevolentiam.* Gu. Ed. antiq., Corn. Brix. Ven. Arg. Paris. Lamb.: *benivolentiam.* — *incidere.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. utraq. pr. Arg. Long. Lamb. — Ed. Gryph. Gothofr. Grut. Graev.: *intercedere.* — *urbis Romae.* Sic Gu. Mendos. Leid. 2. Voss. A. C. — Ed. utraq. pr. Arg. Long. Lamb. Schott. Boecl.: *urbis Romanae.*

1 Cap. XXI. Tali modo cum septem et septuaginta annos complesset, atque ad extremam senectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque crevisset (multas enim hereditates nulla alia re, quam bonitate consecutus tantaque prosperitate usus est valetudinis, ut annis triginta medicina non indiguisset), nactus est morbum,
2 quem initio et ipse et medici contemserunt. Nam putarunt esse tenesmon, cui remedia celeria faciliaque pro-
3 ponebantur. In hoc cum tres menses sine ullis doloribus praeterquam quos ex curatione capiebat consumsisset, subito tanta vis morbi in imum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistulae puris eru-
4 perint. Atque hoc priusquam ei accideret, postquam in

Cap. XXI.

§. 1. *septuaginta.* Mendos. Voss. C. Ed. p. s. a.: *sexaginta.* — *bonitate consecutus.* Sic Gu. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. utraq. pr. Jens. 1478. Rom. Paris. Long. Brix. Ven. Arg. al. — Vulgo: *bonitate est consecutus.* — *tantaque.* Leid. 2: *nunquam.* — *usus est.* Sic Gu. Mendos. Voss. A. C. Ed. utraq. p. antiq. Jens. 1178. Rom. Paris. Long. Brix. Ven. Arg. al. — Vulgo: *usus esset.* — *annis.* Sic Gu. Voss. A. C. Ed. p. 1470. antiq., Corn. Brix. Arg. Paris. Long. — Lamb. Schott. Boecl.: *annos.*

§. 2. *tenesmon.* Sic Gu. Gif. Lamb. Schott. al. — Leid. 2. Voss. A. C. utraq. pr. Corn. Arg. Long.: *tenasmon.* — Manut.: *τε νασμὸν.*

§. 3. *imum intestinum.* Sic Gu. Ed. Paris. — Cett. Edd. ut vulgo: *unum intestinum.* — *fistulae puris.* Sic Gu. Gif. Mendos. Voss. A. Ed. p. s. a. — Leid. 2: *fistule puris.* — Tres Sciopp. Voss. C: *fistula puris.* — Ed. p. 1470. Ven. Arg. Long.: *fistulae putris.* — Med.: *pus eruperit.* — Vulgo: *fistula putris.* — *eruperint.* Sic Gu. — Leid. 2. Ed. p. 1470. Ven.: *eruperit.* — Voss. A. Ed. p. s. a. Corn. Arg.: *erumperent.* — Mendos. Voss. C: *erumperet.* — Vulgo: *eruperit.*

§. 4. *Atque hoc priusquam ei accideret.* Sic Gu. Mendos. codd. Stav. — Ed. p. 1470. Ven. *accederet* pro *accideret.* — Ed. Man. Grut. et quaedd. aliae hunc locum sic scriptum habent: *Atque antea quidem morbi diuturnitatem moleste ferebat, priusquam hoc ei accideret; postquam vero in dies etc.* Haec tamen verba in Ed. Man. et Grut. adjecta absunt a Gu. Mendos. aliisq. codd. et utraq. pr. Corn. Arg. Long. Lamb. Schott. etc. Omnino

dies dolores accrescere febresque accessisse sensit, Agrippam generum ad se accersi jussit et cum eo L. Cornelium Balbum Sextumque Peducaeum. Hos ut ve- 5
nisse vidit, in cubitum innixus, quantam, inquit, curam diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos testes habeam, nihil necesse est pluribus verbis commemorare. Quibus quoniam ut spero satisfeci, me nihil reliqui fecisse, quod ad sanandum me pertineret, reliquum est, ut egomet mihi consulam. Id vos ignorare nolui. Nam mihi stat alere morbum desi- 6
nere. Namquam his diebus quidquid cibi sumsi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis. Quare a vobis peto primum, ut consilium probetis meum: deinde ne frustra dehortando conemini.

Cap. XXII. Hac oratione habita tanta constantia vo- 1
cis atque vultus, ut non ex vita, sed ex domo in domum A. U. c. 721.
videretur migrare, cum quidem Agrippa eum flens atque osculans oraret atque obsecraret, ne ad id, quod natura

---

aliquid excidisse videtur. — *febresque.* Sic Gu. Leid. 2. omnesq. Edd. ante Lamb., qui *febremque* dedit. — *accersi.* Sic Gu. Gif. Mendos. Voss. C. Ed. antiq. — Voss. A: *arcessi.* — Leid. 2. Ed. p. 1470. Heusing. al.: *arcessiri.* — Ed. Rom. Ven. Arg. Long.: *accersiri.* — Lamb.: *arcersi.*

§. 5. *innixus.* Sic Gu. Gif. Mendos. Med. 2. Leid. 2. Voss. A. C. Ed. utraq. pr. Rom. Brix. Paris. al. — Ven. Arg. Long. Lamb. Schott. Boecl.: *nixus.* — *diligentiamque.* Ed. Brix.: *et diligentiam.* — *valetudine.* Ed. Brix. Ven. Arg.: *valitudine.* — *vos testes.* Voss. A. C: *nos testes.* — *nihil necesse est.* Sic Gu. Gif. Mendos. uterq. Med. Sav. Voss. A. C. Ed. p. s. a. — Leid. 2. *est* om. — Ed. p. 1470. Arg. Long. Lamb. Schott. Boecl.: *nihil opus est.* — *me nihil reliqui fecisse.* Sic Gu. Leid. 1. 2. Voss. A. C. et omnes Edd. ante Lamb., qui dedit: *nihil reliqui feci.* — Ed. Boecl. al.: *nihilque reliqui feci.* — *ut egomet.* Leid. 2: *et egomet.*

§. 6. *cibi.* Sic Gu. Ed. p. 1470. Arg. Long. Lamb. Schott. al. — Mendos. Voss. A. C. Ed. p. s. a. Brix.: *cibi potionisque.* — *dehortando conemini.* Sic Gu. et omnes Edd. — Leid. 1. Gif.: *dehortando impedire conemini.*

Cap. XXII.

§. 1. *vultus.* Ed. Brix. Paris.: *vultus fuit.* — *osculans.* Ms. Sciopp.: *obsecrans.* — Idem Ms. *atque obsecraret.* — *ne ad id.* Sic

cogeret, ipse quoque sibi acceleraret, et quoniam tum quoque posset temporibus superesse, se sibi suisque reservaret, preces ejus taciturna sua obstinatione depressit.
2 Sic cum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit, leviorque morbus esse coepit. Tamen propositum
3 nihilo secius peregit. Itaque die quinto post quam id consilium inierat pridie Kalendas Aprilis Cn. Domitio, C. Sosio Coss. decessit. Elatus est in lecticula, ut ipse praescripserat, sine ulla pompa funeris comitantibus omnibus bonis maxima vulgi frequentia. Sepultus est juxta viam Appiam ad quintum lapidem in monumento Q. Caecilii avunculi sui.

Gu. Leid. 1. 2. Voss. C. Mendos. et Edd. ante Lamb., qui *ad* om. — *ipse quoque sibi.* Sic Gu. utraq. pr. Corn. Arg. Long. Lamb. et fortasse omnes codd. — Bos. cumque secuti alii *sibi* om. — *depressit.* Sic Gu. codd. Stav. et fortasse omnes; et Edd. ante Lamb., qui *compressit* dedit.

§. 2. *se abstinuisset.* Ms. Ernst. *se* om. — *febris.* Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. Brix. Ven.: *febri.* — Verba: *leviorque morbus — coss. decessit.* Mendos. Voss. C. Ed. p. s. a. antiq. Jens. 1478. et Brix. om. — Cett. Edd. et cod. Gu. ea habent. — *morbus.* Voss. A: *moribus.* — *secius.* Voss. A: *secus.*

§. 3. *Aprilis.* Sic Gu. utraq. pr. Paris. Long. Arg. al. — Lamb. Schott.: *Aprileis.* — *Cn. Domitio.* Voss. A: *in Domitio.*

CHRONOLOGIA

RERUM MEMORABILIUM IN NEPOTE

AD

OLYMPIADAS, URBIS CONDITAE ANNOS EX CATONIANIS RATIONIBUS, QUAE A VARRONIANIS II. ANNIS DISCREPANT, ET CHRISTI NATI DIGESTA.

Olymp.	A. U.	A. Ch. n.	
7, 2.	1	751	Ex Varronis rationibus sic habet: Olymp. 6, 4. A. U. 1. A. Chr. n. 753.
27, 2.	81—113	671	Tullus Hostilius Romae regnat. Fragm. 1, 3. Cf. Liv. 1, 22.
30, 4.	95	657	Demaratus Cypseli tyrannidem fugiens Romam demigrat. Fragm. 10, 6.
41, 3.	138-175	614-577	Tarquinius Priscus quintus Romanorum rex. Fragm. 10, 6.
55, 1.	192	560	Pisistratus Athenarum tyrannus. Milt. 8, 1.
62, 3.	222	530	Cyrus in bello contra Massagetas perit. De reg. 1, 2.
64, 4.	231	521	Darius Cambysi, Cyri filio, succedit. Ibid.
68, 1.	244	508	Darius Scythis bellum inlaturus pontem in Istro facit. Milt. 3, 1.
68, 2.	245	507	Miltiades, Chersoneso relicta, Athenas redit. Milt. 3, 6
79, 1.	252	500	Iones ab Atheniensibus adjuti Sardes expugnant. Milt. 4, 1.
72, 3.	262	490	Darii contra Graecos expeditio et in pugna Marathonia clades. Milt. 4 sq.
72, 4.	263	489	Miltiades, Parum insulam infeliciter adgressus, in vincula conjicitur, in quibus obit. Milt. c. 7.
73, 3.	266	486	Xerxes Dario, Hystaspis filio, mortuo succedit. De reg. 1, 2.

Olymp.	A. U.	A. Ch. n.	
74, 2.	269	483	Aristides ostracismo urbe expellitur. Aristid. 1, 2. Themistocles portum Piraeei et classem novam aedificat. Themist. 2, 2.
75, 1.	272	480	Xerxes ex Asia in Graeciam transit. Themist. 2, 4. Pugna ad Thermopylas. Ib. 3, 1. ad Artemisium. Ib. 3, 2. Athenae a Persis incensae. Themist. 4, 1. Aristides ante tempus ab exsilio revocatur. Arist. 1, 5. Pugna Salaminia. Themist. 4, 5.
75, 2.	273	479	Aristides et Pausanias Mardonium Persarum ducem ad Plataeas vincunt. Arist. 2, 1. Pausan. 1, 2.
75, 3.	274	478	Athenienses consilio Themistoclis muros suos invitis Spartanis instaurant. Themist. 6, 1.
75, 4.	275	477	Athenienses auctore Themistocle Piraeei portum absolvunt. Themist. 6, 1. Pausaniam cum classe communi in Cyprum mittunt. Pausan. 1, 4. Aristidis aequitate Graeciae principatus ad Athenienses defertur. Arist. 2, 2. Ejusdem opera aerarium Graeciae in Delo constituitur. Aristid. 3, 1.
77, 2.	281	471	Themistocles Athenis expulsus et absens proditionis accusatus ad Artaxerxem confugit. Themist. 8, 9.
77, 3.	282	470	Cimon Persas vincit terra marique eodem die. Cimon 5, 2.
78, 2.	285	467	Aristides obit. Aristid. 3, 3.
78, 3.	286	466	Themistocles Magnesiae moritur. Themist. 10, 5.
79, 1.	288	464	Cimon vincit Thasios, qui ab Atheniensibus defecerant. Cim. 2, 5. Cf. Diodor. 11, 70.
80, 1.	292	460	Cimon patria expellitur. Cim. 3, 1.
81, 2.	297	455	Cimon revocatus cum Lacedaemoniis foedus jungit. Cim. 3, 3.
82, 3.	302	450	Cimon Persas in Cypro vincit et maris imperium civibus suis vindicat. Cim. 3, 4.
82, 4.	303	449	Cimon pace cum victis Persis composita in Cypro moritur. Cim. 3, 4.
87, 2.	321	431	Peloponnesiaci belli initium. Diodor. 12, 38.
91, 1.	336	416	Alcibiades, Nicias et Lamachus duces Atheniensium ad bellum cum Syracusanis gerendum missi. Alcib. 3, 1.
91, 2.	337	415	Alcibiades, conjurationis in patriam postulatus, ad Spartanos fugit. Alcib. 3 sq.
91, 3.	338	414	Bellum Decelicum. Alcib. 4, 7.
92, 2.	341	411	Alcibiades, ab exercitu receptus, post

Olymp.	A. U.	A. Ch. n.	
			in patriam restitutus, absens una cum Thrasybulo et Theramene imperio praeficitur, et Lacedaemonios terra marique victos ad pacem cogit. Alcib. 5, 4.
93, 1.	344	408	Alcibiades Athenas reversus summusque imperator, adjunctis Thrasybulo et Adimanto, factus, cum Lacedaemoniis minus commode confligit et paullo post iterum in exsilium mittitur. Alcib. 6 et 7.
93, 3.	346	406	Dionysius senior Syracusis tyrannidem occupat. Dion. 1. De regib. 2, 2.
93, 4.	347	405	Lysander, Atheniensibus ad Aegos flumen victis, bello Peloponnesio finem imponit. Lys. 1. Alcib. 8, 6. Con. 1, 2.
—	—	—	Idem Athenis captis 30 tyrannos imponit. Thrasyb. 1, 5.
94, 1.	348	404	Alcibiades in Phrygia, quo confugerat, opprimitur. Alcib. 10, 6.
94, 2.	349	403	Lysander accusatus absolvitur. Lys. 3, 4.
94, 4.	351	401	Thrasybulus devictis 30 tyrannis Atheniensibus libertatem restituit. Thrasyb. 3, 1.
95, 1.	352	400	Agesilaus Agidi fratri succedit. Agesil. 1.
95, 2.	353	399	Conon, Athen. exsul, Persarum classi adversus Lacedaemonios praeficitur. Con. 2, 2.
95, 3.	354	398	Plato Tarentum venit, inde Syracusas. Dion. 2, 2.
96, 1.	356	396	Agesilai cum Persis in Asia bellum. Con. 2, 2. Agesil. 2.
—	—	—	Lysander dux Lacedaemoniorum in proelio cum Thebanis apud Haliartum cadit. Lys. 3, 4. Cf. Diodor. 14, 81.
96, 2.	357	395	Conon Lacedaemonios Pisandro duce proelio navali ad Cnidum vincit. Con. 4, 4.
—	—	—	Agesilaus ex Asia revocatus ad Coroneam Athenienses eorumque socios vincit. Agesil. 4, 5.
96, 3.	358	394	Conon Athenarum muros ope Thebanorum reficit, et a Tiribazo custodiae traditur. Con. 4, 5. et 5, 3.
—	—	—	Belli Corinthiaci initium. Diodor. 14, 86.
96, 4.	359	393	Iphicrates Lacedaemoniorum victor ad Corinthum. Iphicrat. 2.
—	—	—	Camillus Vejos capit. Fragm. 7, 1. Cf. Liv. 5, 21.
—	—	—	Melpum a Gallis deletur. Fragm. 7, 6.
97, 2.	361	391	Agesilaus agrum Corinthium populatur. Agesil. 5.

Olymp.	A. U.	A. Ch. n.	
97, 3.	362	390	Thrasybulus biennio ante Lesbi victor ab Aspendiis necatur. Thrasyb. 4, 4.
97, 4.	363	389	Camillus exsulat. Fragm. 5, 6.
98, 1.	364	388	Galli Capitolium obsident. Fragm. 6, 6.
98, 2.	365	387	Chabrias, Evagorae adjutor missus, totam Cyprum subigit. Chabr. 2, 2.
98, 4.	367	385	Datames ab Artaxerxe Ciliciae praeficitur. Datam. 1, 5.
99, 3.	370	382	Lacedaemonii, duce Phoebida, Cadmeam, arcem Thebarum, occupant. Pelop. 1, 2.
99, 4.	371	381	Manlius de saxo Tarpejo dejicitur. Fragm. 1, 4, 5, 6. Cf. Liv. 6, 20.
100, 3.	374	378	Thebani exsules ope Atheniensium Cadmeam recipiunt. Pelop. 3, 3.
100, 4.	375	377	Agesilai in Boeotiam expeditio. Chabr. 1, 2. Chabriae de eo victoria. Ibid.
—	—	—	Chabrias, Acorin, Aegypti regem, adjutum profectus, Athenas revocatur. Chabr. 2, 3.
—	—	—	Iphicrates ab Atheniensibus auxilio Artaxerxi, regi Persarum, mittitur. Iphicr. 2, 4.
101, 1.	376	376	Timotheus Lacedaemonios ad Leucaten superat. Timoth. 2, 1.
101, 2.	377	375	Lacedaemonii maris imperium (cf. Olymp. 82, 3.) Atheniensibus cedunt. Timoth. 2, 2.
101, 3.	378	374	Iphicrates exercitui Persarum conducticio praefectus adversus Aegyptios proficiscitur et paullo post Athenas revertitur. Iphicr. 2, 4. Cf. Datam. 3, 5.
102, 2.	381	371	Epaminondas Spartanos ad Leuctra profligat. Epamin. 8, 3.
102, 3.	382	370	Iphicrates Eurydicen, Macedoniae reginam, viduam, defendit. Iphicr. 3, 2.
102, 4.	383	369	Epaminondas Laconiam invadit, Spartam capit, Messenen restituit. Epamin. 7, 3. 8, 4. Pelop. 4, 3.
—	—	—	Idem cum Pelopida Arcadibus in bello cum Lacedaemoniis auxilio a Thebanis mittitur. Pelop. 4, 2. Iphicrates contra Arcadas. Iphicr. 2, 5.
103, 1.	384	368	Dionysio patri succedit Dionysius junior. De reg. 2, 2. Dion. 2, 8.
—	—	—	Pelopidas ab Alexandro Pheraeo in vincula conjicitur. Pelop. 5, 1.
103, 2.	385	367	Epaminondas exercitum Thebanum, ab hostibus obsessum, incolumen reducit domum Epamin. 7, 2.
—	—	—	Idem Pelopidam ex vinculis liberat. Pel. 5, 2.
103, 3.	386	366	Epaminondas bellum in Peloponneso gerit. Epamin. 7, 3.

Olymp.	A. U.	A. Ch. n.	
104, 1.	388	364	Pelopidas in proelio adversus Alexandrum Pheraeum victor cadit. Pelop. 5, 4.
—	—	—	Timotheus cum Olynthiis bellum gerit. Timoth. 1, 2.
104, 2.	389	363	Epaminondas Spartam iterum tentat, Lacedaemonios ad Mantineam vincit, victorque cadit. Epamin. 9, 1.
104, 3.	390	362	Agesilaus Laced. et Chabrias Athen. a rege Persarum ad Tachum, Aegypti regem, deficiunt. Chabr. 2, 3. Agesil. 8, 2.
—	—	—	Datames ab Artaxerxe deficit. Datam. 5, 5.
—	—	—	Chabrias Nectanebo regnum constituit. Chabr. 2, 1.
—	—	—	Agesilaus moritur. Agesil. 8, 6.
105, 1.	392	360	Philippus in Macedonia regnare incipit. De reg. 2, 1.
105, 3.	394	358	Chabrias cum Charete adversus Atheniensium socios, Chios, Rhodios, Coos et Byzantios missus in proelio occumbit. Chabr. 4, 3.
—	—	—	Dionis fuga et praeparatio ad bellum cum Dionysio. Dion. 4, 1.
105, 4.	395	357	Dionis felix cum Dionysio bellum et hujus fuga in Italiam. Dion. 5, 3 sq.
—	—	—	Alexandri Pheraei interitus. Diodor. 16, 14.
106, 1.	396	356	Athenienses ducibus Charete, Iphicrate et Timotheo cum sociis acriter pugnant. Timoth. 1, 2.
—	—	—	Iphicrates et Timotheus ab Atheniensibus multantur. Iphicr. 3, 3. Timoth. 3, 5.
106, 2.	397	355	Dion Syracusis interficitur. Dion. 9, 6. Timol. 2, 1.
107, 2.	401	351	Alexander M. nascitur. De reg. 2, I. Fragm. 1, 5.
108, 2.	405	347	Dionysius junior Syracusas anno decimo post, quam a Dione pulsus erat, recuperat. Timol. 2, 1.
108, 4.	407	345	Timoleontis in Siciliam expeditio. Timol. 2, 1.
—	—	—	Idem Hiceta fugato Syracusanis libertatem restituere conatur. Timol. 2, 3. 3, 3.
109, 1.	408	344	Timoleon Syracusis a Dionysio ipsi traditis potitus Dionysium dimittit Corinthum. Timol. 2.
109, 3.	410	342	Idem rem publicam Syracusarum instaurat, pulsisque Poenis ad Crimissum et pace cum iis inita toti Siciliae pacem et libertatem restituit. Timol. 3.

Olymp.	A. U.	A. Ch. n.	
110, 4.	415	337	Timoleon moritur. Timol. 5, 4.
111, 1.	416	336	Philippus Macedo a Pausania, satellite, interficitur. De reg. 2, 1.
112, 2.	421	331	Alexander M. Darium ap Arbela vincit. Diodor. 17, 59.
113, 3.	426	326	Hephaestionis mors. De reg. 2, 1. Eumen. 2, 1.
114, 1.	428	324	Alexander M. Babylone moritur. Eumen. 2, 1. De reg. 2, 1.
114, 3.	430	322	Athenae, Phocione auctore, Antipatri praesidium recipiunt. Phoc. 2, 2.
—	—	—	Perdiccas interficitur. Eumen. 5, 1.
114, 4.	431	321	Eumenes vincit Craterum et Neoptolemum. Eumen. 3. et 4.
—	—	—	Antipater rebus Macedonis praeficitur. Eum. 5, 1.
—	—	—	Eumenes ab Alexandri exercitu hostis judicatur et ab Antigono Norae obsidetur. Eum. 5.
115, 2.	433	319	Eumenes regum tutor factus bellum adversus Antigonum parat. Eumen. 6. et 7.
115, 3.	434	318	Nicanor, a Cassandro Athenas missus, Piraeeum occupat. Phoc. 2, 5.
—	—	—	Phocion necatur. Phoc. 4, 3.
—	—	—	Eumenes in Persiam copias suas hiematum dividit. Eum. 8, 1.
115, 4.	435	317	Eumenes adversus Antigonum bellum gerit. Eum. 7.
116, 1.	436	316	Eumenes ab Antigono captus occiditur. Eum. 10 sqq.
119, 4.	451	301	Antigonus cadit in proelio ad Ipsum, Phrygiae oppidum. De reg. 3, 2.
123, 3.	466	286	Demetrius in custodia Seleuci, generi, morbo perit. De reg. 3, 3.
124, 4.	471	281	Lysimachus occiditur a Seleuco. De reg. 3, 2.
—	—	—	Pyrrhi cum Romanis bellum. De reg. 2, 2. Fragm. 10, 4.
125, 1.	472	280	Seleucus a Ptolemaeo interficitur. De reg. 3, 4.
127, 1.	480	272	Pyrrhus Argos oppugnans lapide ictus interit. De reg. 2, 2.
128, 4.	487	265	Belli Punici primi initium. Hamilc. 1, 1.
133, 1.	504	248	Hamilcar in Carthalonis locum classi praeficitur. Hamilc. 1, 1. Hoc anno Hannibal natus fertur.
134, 3.	510	242	Lutatius, consul, classe Poenos superat ad Aegates insulas et Sicilia decedere cogit. Hamilc. 1, 3.
134, 4.	511	241	Belli Punici primi finis. Hamilc. 1, 3—5.
—	—	—	Bellum Africanum a mercenariis militibus stipendii caussa hoc anno motum

Olymp.	A. U.	A. Ch. n.	
			quarto post ab Hamilcare comprimitur. Hamilc. 2, 1.
135, 3.	514	238	Hamilcar imperator in Hispaniam mittitur, secumque ducit Hannibalem filium annos 9 natum. Hamilc. 3, 1. Hannib. 2, 3.
137, 4.	523	229	Hamilcar in proelio contra Vettones cadit, eique Hasdrubal, gener, imperator sufficitur. Hamilc. 3. et 4.
—	—	—	Hannibal equitatui praeest. Hannib. 3, 1.
139, 4.	531	221	Hasdrubali interfecto succedit Hannibal annos 26. natus. Hamilc. 3, 3. Hann. 3, 1.
—	—	—	Hannibal non toto inde triennio totam Hispaniam subigit. Hannib. 3, 7.
140, 1.	532	220	Hannibal expugnat deletque Saguntum. Hannib. 3, 2.
140, 2.	533	219	Belli Punici secundi per annos 17. tracti initium.
—	—	—	Hannibal ex Hispania per Gallos et Alpes transit in Italiam. Hann. 3, 3.
—	—	—	Idem confligit cum Scipione COS. ad Rhodanum. Ib. 4, 1. cum eodem ad Padum. 4, 1. cum eodem ejusque collega ad Trebiam. 4, 2.
140, 3.	534	218	Idem confligit cum Flaminio COS. apud Trasimenum. 4, 3. cum Centenio praetore. 4, 3. Fabium dictatorem eludit 5, 1. (inepto quidem loco refertur). Rufum magistrum equitum fugat. 5, 3.
140, 4.	535	217	Pugna Cannensis, in qua Varro et Paullus CSS. ab Hannibale vincuntur. 4, 4. Fragm. 2, 2.
141, 3.	538	214	Fabio et Marcello CSS. Cato tribunus militum. Cat. 1, 2.
141, 4.	539	213	Gracchus consul II. ab Hannibale interficitur. Hann. 5, 3.
143. 1.	544	208	Marcellus quintum consul ab Hannibale interficitur. 5, 3.
143, 2.	545	207	Hasdrubal, frater Hannibalis, cadit in proelio apud Senam victus a Nerone CS. cui interest Cato. Cat. 1, 2.
143, 4.	547	205	P. Scipio, post Africanus major dictus, bellum transfert in Africam. Hann. 6, 1. Cato ejus quaestor. Cat. 1, 3.
144, 1.	548	204	Hannibal patriam defensum ex Italia in Africam revocatur. Hann. 6, 1.
144, 2.	549	203	Hannibal vincitur a Scipione ad Zamam. 6, 3.
144, 3.	550	202	Belli Punici secundi finis. 7, 1.
145, 1.	552	200	Hannibal exercitui praeest cum Magone fratre resque in Africa gerit usque ad consulatum Sulpicii et Aurelii 7, 1.
—	—	—	Cum Magone domum revocatur. 1, 4.

Olymp.	A. U.	A. Ch. n.	
145, 3.	554	198	Cato praetor factus Sardiniam provinciam obtinet. Cat. 1, 4. Cf. Liv. 32, 7. f. et c. 8, 5.
146, 1.	556	196	M. Marcello L. Furio CSS. Hannibal, domo profugus, ad Antiochum, Syriae regem, abit. 7, 6.
146, 2.	557	195	M. Cato L. Flaccus CSS. Cat. 1, 1. 2, 1.
146, 3.	558	194	M. Cato ex Hispania triumphat. Cat. 4, 1. Cf. Liv. 34, 46, 2.
—	—	—	Scipio Africanus CS. iterum. Cat. 2, 1.
146, 4.	559	193	Cornelius Merula, Minucius Thermus CSS. Hannib. 8, 1.
—	—	—	Hannibal navibus ad Africam adcedens Magonem fratrem, domo excitum, secum abducit. Hann. 8, 2.
147, 1.	560	192	Antiochus ab Hannibale, qui in Syriam redierat, ad bellum contra Romanos concitatur. Hann. 8, 3. et 2, 1.
147, 2.	561	191	Hannibal classis parti ab Antiocho praefectus contra Rhodios, Romanorum socios, pugnat. 8, 4.
—	—	—	Antiochus ad Thermopylas a Glabrione caeditur. Ib. 8, 3.
147, 3.	562	190	Hannibal, Antiocho victo, ad Prusiam, Bithyniae regem, confugit. Ib. 9. et 10.
—	—	—	Idem pugnat contra Eumenem. Ib. 10. et 11.
149, 1.	568	184	M. Cato, L. Flaccus censores. Cat. 1, 1. 2, 2.
149, 3.	570	182	Hannibal hausto veneno perit. Hann. 12. et 13. etsi de vero anno non constat inter auctores. Cf. et Liv. 39, 56. f.
155, 2.	593	159	Terentius poeta moritur. Fragm. 1, 6.
157. 2.	601	151	L. Lucullus, A. Albinus CSS. Fragm. 3, 6.
157, 4.	603	149	Cato moritur. Cat. 3, 4. etsi quidam dissentiunt.
161, 4.	619	133	Tib. Gracchus, trib. pl. necatur. Fragm. 12, 3.
167, 4.	643	109	Atticus nascitur.
173, 1.	664	88	P. Sulpicius trib. pl. a Sulla CS. occiditur. Att. 2, 1.
173, 2.	665	87	Cinna per a. 665—668. CS. saevit in Sullanos, qua tempestate Atticus Athenas se confert. Att. 2, 2.
174, 1.	668	84	Sulla ex bello Mithridatico rediens Athenas venit. Att. 4, 1.
174, 3.	670	82	Sulla Marianarum partium victor et dictator. Fragm. 10, 5.
174, 4.	671	81	Cicero Roscium defendit. Fragm. 4, 1.
178, 4.	687	65	Cotta et Torquato CSS. Atticus Romam redit. Att. 4, 5.
—	—	—	Cicero defendit Cornelium. Fragm. 4, 2.

Olymp.	A. U.	A. Ch. n.	
179, 2.	689	63	Cicero CS. Attic. 18, 6 Lentulus Spinther aedilis splendidus. Fragm. 8, 6. et 7.
179, 3.	690	62	Metellus Celer Galliae proconsul. Fragm. 7, 1.
179, 4.	691	61	Q. Cicero propraetor Asiae. Attic. 6, 5.
180, 3.	694	58	Cicero in exsilium abit. Attic. 4, 5.
—	—	—	Jul. Caesar ab hoc inde anno ad a. U. 703. bellum gerit in Gallia. Fragm. 10, 7.
182, 4.	703	49	Bellum civile inter Caesarem et Pompejum. Attic. 7, 1.
183, 1.	704	48	Pugna Pharsalica, in qua Pompejus a Caesare vincitur. Att. 7, 3.
184, 1.	708	44	Caesar occiditur. Att. 8, 1.
—	—	—	Brutus et Cassius, percussores Caesaris, ad quos se tota civitas converterat, Antonio superante, in Graeciam et Syriam abeunt. Attic. 8.
184, 2.	709	43	Antonius, hostis judicatus, cedit Italia. Att. 9, 2.
—	—	—	Idem Mutinae obsidetur, unde bellum Mutinense dicitur. Att. 9, 1. Fragm. 11, 2.
—	—	—	Idem triumvir reipublicae constituendae. Att. 10, 1. 12, 2.
—	—	—	Proscriptiones. Att. 10, 2. 12, 3.
—	—	—	Attici mater moritur. Att. 17, 1.
—	—	—	Cicero occiditur. Fragm. 13, 1.
184, 3.	710	42	Proelium Philippense, in quo cadunt Brutus et Cassius. Att. 11, 2.
187, 1.	720	32	Atticus moritur. Att. 22, 3.